Capit autem præfata Basilica octo quasi passus latitudinis, & sexdecim longitudinis, habens Pilare prædictum in capite versus Iberum cum Altari. In cuius Ecclesiæ servitium vnum de prædictis in Præsviterum, quasi magis idoneum, B. Iacobus ordinavit. Consecrans vero prædictam Ecclesiam, & ipsos chritocolos in pace dimittens, reversus est in Iudæam, Verbum Domini prædicando. Intitulavit autem ipsam Ecclesiam S. Mariam de Pilari. Hæc est enim prima mundi Ecclesia in honorem Virginis Apostolicis manibus dedicata: hæc est enim Angelica Camera primordijs Ecclesiæ fabricata: hæc est Aula sacratissima sæpius per Virginem visitata in qua cum Angelicis choris visa est sæpius, Matutinos psalere Psalmos. In hac siquidem obtentu Virginis plurima præstantur beneficia, & operantur insignia multa, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat per infinita sæculorum sæcula. Hactenus Historia prout extat in Bibliotheca Ecclesiæ CæsarAugustinæ manuscripta litteris antiquis in fine exemplaris librorum Moralium S. Gregorij Papæ, qui quidem à Taione Episcopo CæsarAugustano septimo sæculo circa annum 647. ex Concilij Toletan. 7. Decreto Roma in Hispaniam fuerunt allata, ibique miraculosè reperta. Prout Beuter, *lib. 1. cap. 22. p. 135.* se vidisse in Cœnobio Minervæ Romæ firmat, & prout ex Tabula quæ extat in Ecclesia Sanctæ Mariæ Montis-Serrati, V. Fr. Ioan Baptista Lezzana, Ord. Carmel. in allegatione *Turris Davidica, cap. 7.* transcripsit, & eam laudat Sac. Rota coram Dom. Coccino *decis. 353. num. 21. part. 5. Recentiorum*, ibi: *Quam quidem historiam, & antiquissimam, indubitataque apud Hispanos traditionem, latè profectantur gravissimi Scriptores, &c.*

*Templi Descriptio.*

31 **I**mmaculatæ Virginis à Columna Delubrum, & ubi potissimè ipsiusmet primum Orbis simulacrum in ea cœlitus demissa immortalis Aragonensium cultui superstat; longitudine quinquaginta pedum, & viginti novem latitudine, quadrata mensura mille, & quinquaginta circumscribitur, geometrico aspectu altera parte longius distenditur, cingitur undique claustrali sinu, ampliori Templo comprehenso, varijs facellis perillustratum, & ut ex eo pateat incedentium devoto cœtui sacratissimi depositi locus saltim, ab utroque latere super ædificato, quasi cingulo lapideo, altitudinis trium palmorum, per politis columnis simetrica distantia, super erectis ferreis circumcommunitur catenatis hastis, quibus, & amplectitur, & ab extra orantibus totus perillustratur, super his arquatu ductu fabrè composito moles pertracti fornicis libratur, in suprema pariete adest marmoreum historiatum Altare, magisterio, & erogatione celebre, ubi continua sacra celebrantur; terdecim pedibus ab eo, & à limine postium delubri delineati triginta septem, alia interiecta super eminent ferrea cancella, ex uno ad aliud latus elongata, interna munimina præcludentia accessum sæcularium utriusque sexus, ad cornu Evangelij propè dexterum angulum eminent Virginis Imago mirabilis præsidens adoranda super cœlesti Columna parum plus octo palmorum altitudine ænea interclusa veste, nunc argentea, qua tegitur intus videntibus, exterius foramine relicto parvulo, fidelium osculis, assiduis denudata, taliter circumvallata, ne fidelium tot confluentium rapina nimis eam (vt in cæperat) tanti pignoris avidi-



ditate perraderet, clauditur quoque alio ferreo cancello tale simulacrum, mirè elaborato, & superinaurato novem pedum longitudine, & septem latitudine, nunc argenteo; proprio impensu Principis Baltasaris Caroli morte immatura duplici Orbi abrepti, ad latus sinistrum Deiparæ parvulum cernitur Altare, ubi non immolatur, nec extat memoria Sacri ibi peracti (forsam quia cum per gratiam vivens in Columna sit; humilitatem simili cultui præfert) Altitudo Imaginis palmos non implet duos materia lignæ de auratæ, cuius facies pulcherrima est, & gravitate ornata, in gennis distinguitur ruboris mixtura cum optima perfectione: oculi modestia incomparabili emicant, qui gravitatem augment faciei, Nasus parvus; licèt simetricus; & in fine non penitus acutus, Os valdè gratiosum, caput eius redimitum diademate septena cuspide pyramidali, tot floribus in apicibus collocatis: Vestistaliter est præincta, vt post faciem colli aspectus Populo occultetur, & cingitur in collo tribus almulis, in medio corporis tunica zona cingitur, cuius extremitas amictu tegitur, ima peduum tantum apparent, & calceamenta in cuspidem terminant: Habet in dextero brachio parvulum Jesum nudum absque corona, brachium dexterum protendentem vsque ad vber dexterum Virginis, amictum illius manu capientem, & sinistra aviculam quandam tenet, cuius color non distinguitur: crura illius quasi in cruce videntur complicata mirabili modestia. Hactenus D. Ioann. Chrysof. de Vargas Machuca, *Decisiones utriusque Regni Aragon. & Neapolis.* Edit. Neapol. 1676. in fol. *Post Deciss. 60. Tit. Elogia Miraculose Mariæ Sacratissima del Pilar, &c. pag. 454. & pag. 455.*



32 Vernacula lingua à D. Ioann. Francisci Andres, *Cronologia de las Imagenes del Pilar, y demas aparecidas en el Reyno de Aragon*, depingitur, & novissimè à R. P. Frat. Iosepho Anton. de Hebrera, Ord. Minor. *Descripcion Historico-Panegyrica de las fiestas en la Translacion del Santissimo al nuevo Gran Templo del Pilar*. Edicion Zaragoza 1719. §. 3. pag. 13. & 14. Ex V. P. Fr. Didaco Murillo, ab Ilmo. Arhio. Hispania Fœlix, part. 2. *Reflex.* 8. pag. 165. & 166. An eiusdem vestis sit valde similimus Carmelitico? Vide Frat. Iosephum à Matre Dei Carmelitam Discalceatum, in *Vita Ioannis à Iesu Sancti Ioachini*, lib. 1. cap. 4. num. 18. pag. 34. Edit. Matriti in 4. En esta ocasion ( dice ) huvo especialissima razon, porque queria su Magestad darle à entender, que havia oïdo sus oraciones, y suplicas; y como estas se hizieron à Nuestra Señora del Pilar, fuè conveniente que se apareciesse como alli està. ( Nota ) Y alli està con Habito de Carmelita; como testifican todos los que lo han visto; y nuestra Religion lo tiene comprobado con testimonio autentico. Et, quod dum vixit fuit eodem modo vestita, firman. Uvaldens. tom. 2. de Sacram. tit. 9. cap. 89. Fr. Ioann. Cartagena, tom. 4. *Homiliar. lib.* 17. Hom. 3. *post me aliam*. Laurentius Beyerlinck, *Theatrum vit. hum. lit.* R. fol. 249. B. V. Lezzana, in lib. *Maria Patrona*, cap. 9<sup>a</sup> num. 18. & in suis *Annalib.* tom. 2. *Ann. Christo* 44. n. 6. Fr. Iosephus à Sancta Theresia, *Flores Carmeli*, die 16. Iulij, num. 12. citati à Fr. Iosepho à Matre Dei, *vbi supr. dict.* num. 18. & lib. 3. cap. 8. num. 6.

33 Ad secundum, scilicet, motivum faciendi has Observaciones in duo Anagrammata est, eo quia ad varia Regna multa Anagrammatum exemplaria mis-

fi, & nonnulli in responsione ad meas litteras, Authorem clausulam *dum adhuc viveret* ommisisse quarrelas dederunt mihi. Ob id hæc scripsi ad probandum quod in utroque Anagrammate implicite extat. Hoc probare intendo, licet in eo non multum immoror; sed vt Gregorij Magni verbis vtar. *Hom. 33. in Lucam: Quatenus eius expositio ita nescientibus sit cognita, vt tamen scientibus non sit onerosa.* Faxit Deus, vt nemini sim molestus.

34 Tertio quia in hisce Observationibus scribo Venerabilium Patrum Murillo, & Ruzolæ, necnon servæ Dei Mariæ à Iesu de Agreda Revelationes, & vt minimus Ecclesiæ filius, nolo plus fidei eis tribui, quam ea, quæ vult Ecclesiæ; ob id *expressam protestationem facio rebus omnibus hisce in Observationibus contentis, eam duntaxat fidem adhibendam, quam permittunt Decreta Urbani Papæ Octavi edita die 13. Martij ann. 1625. & die 5. Iunij 1631. & 5. Iulij 1634. & firmo Matriti die 1. Octobris 1729.* D. Petrus Hieronymus Hernandez & Marzo.

35 Demum antequam in arenam descendam faveat Cœleste numen, ac efulgeat menti nostræ, atque præcedat nos sublimior illa, & excelsior *animata Columna*, in qua multo felicius humano generi visibilis Deus apparuit: ipsa, inquam, Dei Genitrix Beatissima Virgo Maria suæ pulchritudinis fulgore corusca gradienes antecedit: ac ducens, & docens, non finat, vel latum vnguem nos ab arcta semita veritatis excedere, vel leviter ab errare. Hactenus Cæsar Baronius, *tom. 3. Annal. in Initio, pag. 1. Edit. Antwerp. 1598.* quæ verba si ipsemet Cardinalis pro Sacratissima Deipara *animata Columna* dixit: Ego ipsamet verba pro Maria Deipara à *Columna* mutuo; vtpote lingua vocalis in marmore vt de ea dixit per doc-

doctus Lusitanus Franciscus Macedo , *Diatriua de Adven. S. Iacobi* , pag. 151. ibi : *Pro authore esto illa celeberrima Cæsaraugusta Columna , quam linguam in marmore vocalem dixero , Iacobi adventum attestantem. Quæ continenti voce clamat P. Gaspar Sanchez, tract. 2. de Predicat. S. Iacobi, cap. 8. num. 1. Quare illud sacrum monumentum , iam olim ab Ecclesia incubulis continenti voce clamat venisse Iacobum in Hispaniam.*

AD SACRATISSIMAM VIRGINEM  
del Pilar.

*Tu rege consilij actus Mater Optima nostros:*

*Nostrum opus ut laudi serviat omne tuæ.*

*Daprecor ipsa tuis (hominam livore subactis)*

*Subsidijs præsens perficiatur opus.*

36 Et demum cum Guarrico Abbate suppliciter exoro ut nos faciat participes æternæ felicitatis : *De benedictionibus suis* ( inquit ) *Maria metit quia refusa est spiritualiter in eam omnimoda benedictio : quam de se profundit. Date ei* ( inquit Spiritus Sanctus ) *de fructu ventris sui , & saturetur de illo quem genuit. O Mater misericordiæ saturari gloria Filij tui , & dimitte reliquias parvulis tuis, Psalm. 16. 14. Tu iam ad mensam , nos sub mensa catelli : sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ , ita familia hæc famelica de te præstollatur alimoniam vitæ. Per te fructum vitæ communicauimus , immensa præsentium Sacramentorum. Per te eundem fructum communicabimus in mensa perennium gaudiorum , Iesum benedictum fructum ventris tui , & cui est honor , & gloria : Per omnia sæcula sæculorum. Amen.*

37 His tam de Christiano , quam de Academico Cæsaraugustanæ Universitatis , ad Sacratissimam

mam Deiparam à *Columna* ( sub cuius venebolo auspicio , eiusdem Academiae Sacellum est erectum ) amore, & more prælibatis ; quod promissi adimplere incipiam.

*Ne scribam in vanum , duc pia Virgo manum ;*

*Te duce mira gero : te sine, nihil sum ego.*

## OBSERVATIONES

### IN ANAGRAMMATA.

✚ Titulus sic incipit : *Anagrammatismus Mariano Jacobaeus, &c.*

38 *Anagrammatismus*, seu Anagramma, vel Diagramma est *literarum nulla omissa transpositio, cum quadam sensus vetustate* : vt ait P. Michael Pexenfelder : *Apparatus eruditionis* (Edit. Suttbaci 1687. in 8.) cap. 53. pag. 290. *Literarum traiectio, seu transpositio est Anagramma* : ait P. D. Caietan. Felix Verani : *Pantheon argute elocutionis* ( Edit. Augustæ Vindelicorum 1712. ) tom. 2. *expensio* 10. n. 26. Programma est Scriptura ex qua mutatis, vel transpositis litteris, sed eisdem numero, fit Anagramma ; vt in præsentiarum *Salutatio Angelica*, & Antiphona *Salve Regina*. Omne comprehendunt breuiter fermone vulgari Patres Matritenses Societatis Iesu : *Anagramma* est vna clausula, ò sententia facienda de las letras, que componen vn nombre. No han de entrar en la sententia mas, ni menos letras ; pero pueden se resolver sus Diphtongos ( *Nota* ) en sus vocales, y tambien dos vocales hacer como por syneresis Diphtongo. . . Finalmente aquel es mejor, que tuviere menos licencias ; aunque si fuere largo, vna, ò otra bien se puede

de dissimular: Sic illud in honorem Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis à R. P. D. Ioanne Antonio de Verità, Clerico Regulari.

## PROGRAMMA.

39 *Conceptio Gloriosa Virginis Mariæ ex semine Abrahæ orta de Tribù Iuda, clara ex stirpe David.*

## ANAGRAMMA.

40 *Primæ originis reatu carco, Adæ lapsus extranea, ex singulari Dei mei adiutorio. Hoc crede, & abi.*

41 P. Ioannes Eusebius Nieremberg, pro Immaculata Conceptione cum esset 71. annorum, vnum Anagramma confecit. Nostras Author, etsi eiusdem ætatis, pro *Maria Admirabili* geminatum elaboravit. Ille ob id ab omnibus fuit laudatus. Nec minorem laudem spero pro futuram nostro Authori ob geminatum Anagramma pro *Maria de Pilari*.

42 *Mariano-Jacobæus*, dicitur: Quia ex Mariæ Virginis ad Cæsaraugustanam Urbem, è Hierusalem dum in humanis fuit, Apostolo suo Jacobo apparitione; inelutabile argumentum pro Jacobeo ad Hispanos adventu conficitur. Nam Pilare in quo extat Sacratissima Dei Genitricis Imago (sicut *lapis de pariete* de qua meminit Abacuc *cap. 2. v. 11.*) lingua in marmore vocalis est, quæ continenti voce clamat, vt aiunt Mazedo, & P. Sanchez citati *supr. num. 35.* Jacobum venisse ad Hispanias: Sicut *lapis de pariete clamat*, vt laudatus Propheta *ubi supra* dixit: Ita terra Sacelli B. M. Virginis à columna clamat pro eius ad Hispanos adventu: ea enim dum scinditur, ad firmandū Peribulum argenteum ex Principis Domini Balthasaris ab Austria pietate anno 1644. conchis, & bæulis



(S. Jacobi Maioris insignia) plena visa sunt viscera eiusdem terræ. Ad instantiam Magni Regis Catholici Philippi Quarti, Testimonium huiusce miraculosi casus ex integro fuit acceptum: & denuo Informatio Juridica, petitione S. Ecclesiæ Compostelanæ anno 1675. ad honorem, & gloriam Domini, suæ Genitricis Sacratissimæ Virginis Mariæ, ac Sancti Apostoli Jacobi Maioris.

43 *Con esta Escritura milagrosa (ait Hebrera ubi supra §. 4. pag. 21.) cuyos caractères son prodigios que formò el dedo de Dios, para perpetua memoria de la predicacion de Santiago en Zaragoza, para Testimonio Authentico de la venida de su Purissima Madre, y fundacion de la Santa Capilla, y la escondiò para eterna seguridad en el Archivo de las entrañas de la tierra, manifestandola (como acabamos de ver) quando es su santa voluntad: para què necesitamos de otros monumentos, inscripciones lapidarias de aquel siglo, Autores coetaneos, ni otras Escripturas, que aun acaloradas con el sagrado de vna tradicion como la nuestra, nos la intentan confundir con muchas dudas, apologias, y opiniones? Ergo bene dixit Mariano-Jacobeus, &c. Nam de utroque, & pro utroque adventu Mariano scilicet, & Jacobeo Pilare illud marmoreum in quo Sacratissima Dei Genitricis Imago extra lunam posita firmius extat; affirmat loquitur, ac continenti voce, vna cum eiusdem terræ scissæ visceribus clamat Ob id Laurentius Lavarre, scriptor Gallus in notis ad Tertulian. lib. Advers. Iudeos, nota 4. dixit, quod nemo sanæ mentis negare poterit Jacobi ad Hispanos prædicationem: eo quia veritati iniurius est (inquit) qui vel eam ad iudicium trahit.*

44 Utraque veritas apertius demonstratur ex traditis à D.D. Iosepho Martinez Rubio, antea in Collegio



gio Imperiali S. Jacobi Maioris Oſcenſis Urbis Alum-  
no meritiffimo: in Sertoriana Academia, Inſtitutio-  
num, Codicis Juſtinianæi, & Primariæ Iur. Civ. An-  
teceſſore: Canonico Doctõrali Sanct. Eccleſ. Turia-  
ſonenſis, ac eiufdem Diœceſeos Iudice, & Examina-  
tore Synodali; nunc vero poſt Canonicatum Doctõ-  
ralem Sanctæ Eccleſiæ Metropolitanæ Cæſarauguſta-  
næ, ad alium eiufdem Eccleſiæ Canonicatum promo-  
to: alijsque Titulis à me venerandus; cuius Titulus eſt:

**P R O G L O R I O S I S S I M A**  
*Apparitione Beatiffimæ Virginis Mariæ,*  
*adhuc viventis, ſuper Columna Marmo-*  
*rea Beato Apoſtolo Jacobo Maiori Cæ-*  
*ſarauguſtæ prædicanti, & funda-*  
*tione Templi MARIÆ de*  
**PILARI.**

**AC CONCESSIONE OFICIJ PROPIJ.**

**S U M M A R I U M.**

45 **I** NTER totius Chriſtiani Orbis Provin-  
cias, Beatiffimam Virginem Mariam,  
adhuc in humanis degentem, mirabili-  
ter Beato Jacobo Apoſtolo, ſuper Columna Marmo-  
rea, in Civitate Cæſarauguſtana apparuiſſe, ibidem-  
que de mandato eiufdem B. Virginis, Templum, ſivè  
Oratorium conſtruxiſſe, ſolemniffima eſt, & vniformis  
Traditio, ac inter Eccleſiaſticas primæ notæ abſ-  
dubiò recensenda, ex Eminent. Cardinal. de Aguirre,

*in Collect. Concilior. Hisp. tom. 1. dissert. 9. excur. 7. numer. 94. in fin. Edit. Roman. 1693. Sed præcipuè in Aragoniæ Regno, vbi nullus, qui de eius dubitaret certitudine, pro Catholico haberetur, vt observat Martin. del Rio, Disquisit. Magic. lib. 2. quæst. 26. sect. 5. pag. 184. col. 2. Edit. Venet. 1652. ibi: Primo saculo, nobis occurrit prima Hispania, & fortassis Europæ totius, Ecclesia B. Mariæ de Columna à Jacobo Zebedæo, cum adhuc in vivis uterque degeret, dedicata ad Ebrum Cæsaraugustæ, quod, & Annalibus Celtiberis proditum, & adedè constanti Ecclesiæ illius Traditione receptum, ut Catholicus ibi non habeatur, qui dubitet. Et meritò quidem, nam Traditio ista (testante Sacra Rota cor. Coc. cino de anno 1630.) corroboratur, quasi sit de fide, talitèr quòd non esset tentus pro Catholico, qui de hoc dubitaret.*

46 Hinc est, quòd in Comitij Regni Generalibus, Cæsaraugustæ à Serenissimo Domino Rege D. Carolo II. de anno 1678. habitis, sancita fuerit municipalis Lex, qua stabilitur, vt Officium Proprium cum Octava, ac historiali narratione huius miraculosæ Apparitionis, enixè à Sancta Sedè peteretur, vt constat ex *Act. Curie*, pag. 22. Unde, cum Comitia Generalia (de quorum consensu leges à Dominis Regibus rogabantur) ex Ordinibus Ecclesiastico, Nobili, Equestri, & Plebeio componantur, dubitari non valet de certitudine huius, apud Aragonenses, traditionis, tot Episcoporum, Abbatum, Cathedralium, Nobilium, Equitum, & Plebeiorum vniformi consensu comprobata.

47 Nec tantum apud Aragonenses, verum, & apud vniversam Hispaniam, quinimò, & Europam totam, receptissima est, & vniformis hæc Apparitionis traditio, vt testantur Gaspar Sanctius *de Prædicat.*

S. Jacob. in Hispan. tract. 3. cap. 8. pag. 66. col. 2. Edit. Lugd. 1616. ibi: Ut Cesaraugustana, imò totius Hispanie, colit traditio. Exim. P. Suarez, tom. 1. de Relig. lib. 2. de Diebus Fes. Sanct. n. 16. pag. 182. Edit. Mogunt. 1609. ibi: Cesaraugusta, & in uniuersa Hispania est receptissima traditio, cum B. Jacobus illuc peruenisset, &c. Thom. Maluenda tom. 1. de Anticristo lib. 4. cap. 5. pag. 203. Edit. Roman. 1604. ibi: Perenni, & constantissima Ecclesiarum Hispanie traditione exploratissimum apud omnes habetur, S. Jacobo Apostol. Zebedai, &c. Luculentissimè Ioann. Baptist. Cancellottus in Annalib. Marian. part. 1. pag. 399. Edit. Roma 1661. ibi: Creuit successu temporum à modicis initijs sacra molitio, quæ non Cesaraugustam modo, aut Tarraconensem Provinciam, sed uniuersam quoque Hispaniam, atque adeo Europam cobonestat: Et Eminent. Cardin. Baron. in Annalib. Ecclesiast. tom. 12. anno 1118. numer. 34. pag. 129. Edit. Antuerp. 1677. hæc habet: Pariterque (referatur) antiquus cultus Religiosissimæ Ecclesiæ Beatissimæ Virginis de Pilari nuncupatæ, quæ hæctenus, non solum Hispanorum Populorum, sed exterriorum etiam uisitatione frequentatur, uniuerso Christiano Orbi illustri fama notissima.

48 Undè, vt temerarij, impij, imprudentes, ac refractarij notantur, qui circa nostram uniuersaliter receptam Apparitionis Traditionem dubitant, vel eam impugnare tentant. Ita perspicuè Eminent. Aguirre, ubi sup. dict. excur. 7. n. 94. ibi: Est traditio valde antiqua, Pontificum ac Regum Priuilegijs firmata à multis seculis, & plurium gravium scriptorum Libris à longo tempore comprobata; quam proinde nemo refutare sine temeritate, aut impietate aliqua possit. Theophil. Raynaud. severissimà Crisi, si quis alius, omnia trutinans in Diptych. Marian. punct. 10. nam. 6.

pag. 119. Edit. Lugd. 1665. ibi: *Eam traditionem con-  
vellere prudentis non est.* Thom. Maluend. *ubi proxi-  
mè, dict. pag. 203. ibi: At jam plurima testimonia, &  
argumenta in re luce meridiana fulgentiore, coacervare  
velle, nimis esset supervacaneum. His enim quævis, quan-  
tumvis refractaria ingenia, abundè persuaderi possunt.*

49 Hinc rursus est, quod omnes, tam Archiepisco-  
pi, Episcopi, quàm Cathedrales Ecclesiæ Hispaniæ lit-  
teris anno 1703. & 1704. S. D. N. Clementi XI. foelici-  
ter regnanti, directis, enixè Sanctam Sedem deprecati  
sunt, ut Officium proprium cum Historiali narratione  
Apparitionis Deiparæ ad B. Jacobum Cæsaraugustæ  
commorantem, concedere dignaretur, quibus Sereni-  
mus Dominus noster Philippus V. Hispaniarum Rex,  
Catholicus, adstipulatus est idem Officium à Sancta  
Sede humilimè deprecatus, nuncque eius Regio nomi-  
ne pro eadem concessione apud Sacr. Rituum Con-  
gregationem ferventissimè agitur.

50 Irrefragabilis nostræ traditionis veritas di-  
lucidè comprobatur, tum ex Romanorum Pontifi-  
cum, ac Regum Hispaniæ Diplomatum, & alijs an-  
tiquis documentis; tum ex perenni, nunquam inter-  
ruptu cultu, huic Sacratissimæ Imagini Pilarenfi à  
fidelibus exhibito; tum ex assidua miraculorum ad  
eius invocationem patratiōe; tum ex concordi Scrip-  
torum, tam exterorum, quàm indigenarum, opinio-  
ne, nostram traditionem comprobantium; tum de-  
nique ex praxi Romanæ Ecclesiæ similes miraculo-  
sas Apparitiones ex traditione approbantis, & Offi-  
cia propria pro eis firmandis, colendisquæ conce-  
dentis.

51 Gelasius II. in Bulla directa Exercitus  
Christianorum, Cæsaraugustam obsidenti. Datt. Alesti  
IV. Idus Decembr. quam omnium primus vulgavit





„ misione dietim fiunt, necnon Christi fideles cum  
 „ magna devotione, & veneratione Imaginem eius-  
 „ dem Beatae Mariae, & eius filij in quadam Capella  
 „ ipsius Ecclesiae, quae de mandato dictae B. Mariae  
 „ per dictum B. Jacobum fabricata, & Camera An-  
 „ gelica Dei Genitricis de PILARI nuncupata, &  
 „ appellata existit, colunt, & venerantur, & cum  
 „ magna devotione visitare non cessant. Asservatur  
 in Tabulario publico Sanctae Ecclesiae, & eam trans-  
 cribunt multi gravissimi Authores.

53 Clemens VII. in Bulla *dat. Bononiae 3. Idus  
 Februar. anno 1529.* Sic Basilicam Pilarensis indigi-  
 tat: „ Ecclesia ab initio suae foundationis, vt pie cre-  
 „ ditur, & illic affirmatur, prima totius Hispaniae  
 „ fuerit: quam quidem Bullam refert, suaque Aucto-  
 ritate Apostolica roborat Sixtus V. in Bull. *dat. VIII.  
 Kalend. Iunij anno 1598.*

54 Paulus IV. in Bulla confirmatoria Privile-  
 giorum, *Dat. Romae apud S. Petrum, X. Kal. Augusti anno  
 1558.* Traditionem nostram per haec comprobat ver-  
 „ ba: Vobis, & Ecclesiae vestrae, quae inter ceteras sub  
 „ vocabulo B. Mariae Ecclesias, prima B. Mariae de PI-  
 „ LARI nuncupata existit, ac Capellae inibi de man-  
 „ dato eiusdem B. Mariae per B. Jacobum fabricatae,  
 „ & Camerae Angelicae Dei Genitricis de PILARI  
 „ nuncupatae, & appellatae.

55 Clemens X. in Bulla Unionis Ecclesiarum  
 Sanctissimi Salvatoris, & B. Mariae de PILARI. *Dat.  
 Romae apud S. Mariam Maiorem 3. Idus Februar. Anno  
 1675.* Festivitatem Apparitionis Deiparae sic ador-  
 „ nat: „ In die vero duodecima Octobris, in qua ce-  
 „ lebratur Solemnitas Apparitionis, vt vulgo vocant.  
 „ Sanctissimae Virginis Mariae, fiat alia Processio ge-  
 „ neralis cum eadem Solemnitate, qua celebratur  
 „ praedicta alia Corporis Christi. Ex

56 Ex ijs luculentissimis Romanorum Pontificum testimonijs arripimur, vt vsurpemus, & huc transcribamus, quæ de Innocentio III. Pontifice Maximo, de consimili Traditione loquente litteris mandavit Lucas Tudenfis, tom. 25. *Bibliot. PP. lib. 2. cap. 11. pag. 224. Edit. Lugd. 1677.* ibi: *Quid hac autoritate clarior? Quid his verbis verius, quæ à Throno Dei, hoc est, à Romana Ecclesia per os sacram cunctorum patris Innocentij exierunt? Non est iam quod contradicat Catholicus. Non est quod contrà sentire debeat Christianus: etenim quæcumque à Romano Pontifice Catholicè proferuntur, sicut Divina præcepta servanda sunt à fidelibus.*

57 Serenissimus Dominus Rex D. Ioannes II. in Privileg. *Dat. Cæsaraug. 26. Octob. 1459.* eandem Apparitionis traditionem sic narrandam suscipit:  
 „ Contemplatione, & favore ipsius Ecclesiæ, quæ  
 „ inter alias Hispaniæ Divinis mysterijs, & miracu-  
 „ lis refulget, & de illius institutione, & ædificatio-  
 „ ne, testante Historia, multa miraculosa referuntur,  
 „ & principaliter illud mirabile, quòd in vita ipsius  
 „ Beatæ, ac gloriosæ Virginis, eiusque iussu, à B. Ja-  
 „ cobo Maiori Apostolo constructa, & ædificata ex-  
 „ titit, in cuius capite ipsa Beata Virgo Pilare mar-  
 „ moreum, quòd sibi è Cœlo transmissum habuerat,  
 „ & supra quod eidem B. Apostolo apparuit, firmari,  
 „ & collocari iussit.

58 Prudentissimus, ac Serenissimus Dominus Rex D. Ferdinandus, cognomento Catholicus, in Privileg. *Dat. Metinç del Campo. 12. Aprilis Anno 1504.* Miraculosam Apparitionem, Templique constructionem, per hæc disertissima narrat verba: „ Sa-  
 „ nè ex Catholicis Occiduis neminem latere existi-  
 „ mamus, apud Urbem Cæsaraugustam, quandam  
 „ esse mirificæ devotionis sacram, & antiquissimam  
 „ Edem;

„ Ædem, sivè Templum celebre Purissimæ, ac Inte-  
 „ meratæ Virgini Dei Genitrici dicatam, sub voca-  
 „ bulo B. Mariæ de PILARI, innumeris, & assiduis  
 „ miraculis præfulgentem, vbi ipsa suavissimâ Virgo,  
 „ adhuc in humanis agens, Hispani Populi miserata,  
 „ nondum Orthodoxæ fidei lumen intuentis, se se  
 „ Divo Jacobo, & circumstantibus mirum in modum  
 „ supra lapidem Columnam corporaliter videndam  
 „ obtulit; vnde cunctis ferè Hispaniæ Gentibus, cœ-  
 „ ca gentilium credulitate obduratis, lux salutaris  
 „ exorta est; quo tamen in loco, relictis ab eadem  
 „ Immaculata Virgine Columna, & desuper candida  
 „ eius Effigie, ab ipso B. Jacobo, & eum sectantibus,  
 „ Sacellum ibidem perexiguum constructum fuisse  
 „ asseritur, quod primùm Ecclesiæ nomen in Hispa-  
 „ nia obtinuit.

59 Statutum Ecclesiæ Cæsaraugustanæ ab Or-  
 dinario, & Capitulo de anno 1471. conditum, cir-  
 ca Solemnitatem sex Caparum in Festivitate S. Ja-  
 cobi, hæc de Apparitione Deiparæ habet: „ Con-  
 „ siderantes, quòd primam huius Civitatis Ecclesiam  
 „ ipse ( Jacobus ) fundaverit, & sua præsentia Dei  
 „ verbum in nostra hac prædicaverit Urbe; eiusdem  
 „ gloriosissimi Apostoli Natalitium diem 25. Julij or-  
 „ dinamus, & statuimus sub solempnitate sex Capa-  
 „ rum in Metropolitana Ecclesia Cæsaraugustana  
 „ perpetuis temporibus celebrandum: Et licèt in cete-  
 „ ris octavis, Virginis Officium propter solempnitatem  
 „ augendam omittatur; in ijs tamen ob memoriam  
 „ Apparitionis, qua, adhuc vivens, hac in Civita-  
 „ te eidem Apostolo Virgo Gloriosissima apparuit,  
 „ non duximus omittendum. Sententia ab Ordina-  
 rio Cæsaraugustano de anno 1502. lata in favorem  
 Ecclesiæ Pilarensis, super exemptione à solutione

charitativi subsidij, hæc de Mariana Apparitione habet: „ Constat etiam, quòd dicta Ecclesia, in qua „ gloriosa Dei Genitrix super Pilare Marmoreum, „ Angelicis manibus deportatum, apparere dignata „ est, &c.

60 Historia antiquis characteribus, quingentis, & ultra ab hinc annis scripta in fine Moralium S. Gregorij Magni à Taione Cæsaraugustano Episcopo, è Roma transmissorum ( vt prævia citatione Promotoris Fiscalis, ac riguroso examine, inspectaque characterum antiquitate per Peritos, per Ordinarium Cæsaraugustanum iudicialiter est comprobatum ) mirabilem Apparitionem cum omnibus suis circumstantijs ad amussim narrat. Supra laudata, & alia documenta nostra Traditionem comprobantia, aservantur in Tabulario publico dictæ S. Ecclesiæ.

61 Rursus, successivus, nec unquam interruptus per tot sæcula Cultus huic Sacræ Imagini à Fidelibus tributus, & à Parentibus in filios religiosè transfusus cum innumerabilium gentium concursu, & applausu, de quo vidend. Bulla Calixti III. *supr. laudata* Thom. Maluend. *de Antichrist. dict. cap. 5. pag. 203.* Frideric. Forner. *Palm. Triumphal. miraculor. Eccles. lib. 3. pag. 699. Edit. Ingolstadt. 1621.* Cancellot. *ubi supr. pag. 399.* Card. Baron. *ubi supr. dict. n. 34.* & Hieronym. Zurita, *tom. 1. Annal. Reg. Aragon. lib. 1. cap. 44. pag. 43. col. 4. & lib. 4. cap. 91. pag. 314. col. 3. Edit. Cæsaraug. 1669.* Didac. Valdes *de Dignitat. Reg. & Regnor. Hispan. cap. 6. n. 7. & 21. Edit. Granatens. 1602.* mirificè nostram Traditionem confirmat; siquidem etiam num, fervescente Tyrannorum Imperatorum sævitia, & Sacris Deo, ac religiosi locis indictum, ac illarum crudele bellum Sacrosancta Columnata Camera, incolumis, & illibata per-

permanfit, vt testantur Gaspar Sanctius, *ubi supr. tract. 2. cap. 8. pag. 36.* Cancellot. *ubi proximè, dict. pag. 399.* Petr. Abarca, *in Annal. Reg. Arag. part. 1. n. 18. pag. 169. col. 1. Edit. Matrit. 1682.* Hieronym. Baptista Lanuza, *Homiliar. tom. 2. Hom. 21. §. 23. n. 65. pag. 387. Edit. Lugd. 1659.* Michael. Anton. Francès *de Eccles. Cathedral. cap. 2. n. 12. pag. 13. Edit. Venet. 1698.* & alij innumeri. Nec hisce duntaxat temporibus, sed & posterioribus sæculis, ac inter Arabum multitudinem vniversam Hispaniam vastantium, hæc venerabilis Basilica, tanquam Sacra perfugij Ara ab Episcopis, & fidelibus est habita, vt disertis verbis testatur Hieronym. Zurita, *in Indice Latin. ad annum 889. pag. 13. Edit. Cesaraug. 1578.* Ioann. Pined. *Monarch. Eccles. p. 2. lib. 10. cap. 25. §. 4. pag. 56. Edit. Barchin. 1594.* Guillelm. Guppemberg. *Atlas Marian. tom. 1. cent. 3. Imagin. 231. pag. 343. edit. Monach. 1672.* Valdes *ubi supr. dict. num. 21. pag. 56.* & præ omnibus Hieronym. Blancas *in Comment. pag. 3. & 143.*

62 Ulteriùs, stupenda iugisque miraculorum, ad invocationem B. MARIÆ de PILARI patratio, non parum nostram confirmat Apparitionis traditionem; etenim *inibi quam plurima, & infinita miracula, Divina permissione diutim fiunt*, testante Calixto III. in laudata Bulla, ac Ferdinando Catholico in supra citato Privilegio, *ibi: Eadem, sive Templum celebre Purissime, ac Immaculate Virgini Dei Genitrici, dicatum sub vocabulo B. MARIÆ de PILARI, innumeris, & assiduis miraculis præfulgentem.* Et plura in specie referuntur miracula à D. D. Felice Amada in Libello, cui est titulus: *Compendium miraculorum B. MARIÆ de PILARI.* Edit. Cesaraug. 1680. Sed omnium portentissimum fuit, quod anno 1640. contigit Michaeli Ioanni Pellizer, in



in restitutione cruris biennio ante abscissi, Auctoritate, & Sententia Ordinarij, prævio diligentissimo scrutinio, ritè comprobatum, quod contra A catholicos, carnis resurrectionem negantes, multis extollunt P. Thyrsus Gonzalez in *Manuduct. ad convers. Mahometan. tom. 1. lib. 3. cap. 6. à pag. 219. ad 222. Edit. Matriti 1687. Laurent. Chrysgon. Mund. Marian. part. 2. disc. 17. pag. 385. & seq. n. 43. col. 2. in fine, Edit. Patav. 1651. Guillelm. Guppemberg, ubi supra Imag. 251. pag. 348. Petrus Neurath in opusculo, cui est titulus: *Miraculum D. Virginis, quæ Cesar-augustæ crus Pæro abscissum restituit*, pag. 3. edit. Matriti 1642.*

63 Insuper, communis scriptorum consensus pro nostra Traditione miraculosæ Apparitionis B. MARIE de PILARI vniformiter conclamat; habemus siquidem Catalogum quadragentorum, & ultra Authorum, tam Exterorum, quàm Indigenarum, nostram Traditionem communi calculo confirmantium; inter quos, alij Eminen. Cardinales, alij Illustrissimi Prælati, alij Viri virtute, & sanctitate conspicui; alij Historici, alij Theologi, & alij Jurisperiti: omnes tamen ab omni suspicionis labe alieni, adeò ut pro nostra Traditione possit usurpari illud D. Augustin. *lib. inic. de duab. Animab. contra Manicheos, cap. 11. pag. 33. Edit. Paris. anno 1555. Nonne ista cantant, & in Montibus Pastores, & Indocti in circulis, & Docti in Bibliothecis, & Magistri in Scholis, & Antistites in sacris locis, & in Orbe terrarum Genus humanum?*

64 Tandem praxis Sanctæ Sedis, similes Apparitiones; & traditiones approbantes, suadet concessionem Officij Proprij miraculosæ Apparitionis B. Mariæ de PILARI, præcipuè restrictam Traditioni *Ecclesiarum Hispaniæ*. Enim verò præterquam quòd

in Breviario Romano quam plurima adfunt exempla similibus concessionum ; in ipsis Urbis Basilicis sæpissimè observatur ; siquidem in Officio Clericis Matris Dei in Porticu , vulgò de Campitelli Romæ existentibus concessio , pro Apparitione Deiparæ facta Sanctæ Gallæ ad diem 17. Julij, lect. 4. sic Apparitio narratur : *Hæc in palmari gemma Sapphiro persimili , aureis lineis expressa , alijsque non vulgaris pretij lapillis exornata ( quemadmodum ex constanti Traditione , vetustisque monumentis habetur ) mirabiliter apparuit in Edibus S. Gallæ : In Basilica Lateranensi in Officio S. Pancratij ad diem 12. Maij in 6. lect. dicitur : Et mirum planè est , quod refertur , videlicet , quòd cum Sacra eadem Basilica depopulantibus flammis absumeretur , tribus diebus , totidemque noctibus , è Sacro Pancratij Capite ab igne nec minimum laeso , & sanguis , & lacryma prodigiosè emanarunt . In Vaticana , in Officio Commemorationis SS. Martyrum , quorum Reliquiæ in dicta Basilica requiescunt , sub die 22. Junij in 4. lect. hæc habentur : Sacra Calcitra fidelium cultui exposita , è sublimi adeò pendet , scilicet grandis tapes obductus linteus , sive panno , quo involuta SS. Martyrum corpora persecutionis tempore à Christianis ad sepulturam delata fuisse , vetus traditio est . In Basilica Liberiana , in Officio Proprio Translationis Sacræ Imaginis B. Mariæ Virginis , in ultima Dominica Ianuarij , lect. 5. hæc dicuntur : Illam namque à S. Luca Evangelista depictam fuisse , & à S. Gregorio Magno celebri , solemnique supplicatione ad S. Petram delatam , pestilentiam , quæ tunc Urbem atrociter vexabat , depulisse , antiqua , & constanti Traditione à maioribus accepta , omnes piè sentiunt , ac fætentur .*

65 Hæc motiva sufficiant pro nunc ad promovendum Officium Proprium Columnatæ Marianæ  
Appa-

Apparitionis ; præcipuè verò cum , teste D. August. de Civitat. Dei, lib. 2. cap. 28. pag. 20. edit. Paris. anno 1555. Nihil turpe ac flagitiosum spectandum imitandum-que proponitur , ubi veri Dei , aut præcepta insinuantur , aut miracula narrantur , aut dona laudantur , aut beneficia postulantur. Hactenus D. Martinez Rubio.

66 Quod quidem folium ( vnum enim folium complet ) magnum Scriptorem esse manifestat , iuxta Cordavensem : Magni enim artificis est , clausisse totum in exiguo. Plura alio methodo ultra hæc , annotavit R. P. M. Fr. Iosephus Nicolaus Cavero, nostræ Universitatis Cæsaraugustanæ in Sacra Theologia Doctor, Ex- Provincialis Aragonum Sacræ ac Regalis Ordinis B. Mariæ de Mercede, Redemptionis Captivorum , tempore quo fuit Procurator Generalis suæ Ordinis in Curia Romana , & Postulator in ordine ad instantiam supplicationis Officij in libro integro , & concessum fuit Cæsaraugustanæ Diocesi à SS. Dño. Papa Innocentio XIII. die 11. Augusti 1723.

Epist. 53.

67 Ex quibus facile coniectari valet , nihil ab hisce laudatis Rubio , & Cavero Scriptoribus , quo ad nostram Traditionem intactum relinquere : Sed quia in hac materia superflua non nocent : ideo in triplici, §. Tria adducam in primò tres Revelationes pro nostra Traditione : In secundò , quæstionem nostram ab Autore gravi discussam , & pro nobis resolutam : In tertio , quod à pluribus Authoribus nostra Traditionem esse Apostolicam firmatur.

TRIPLEX REVELATIO HABETUR  
pro nostra Traditione.

68. **P**RIMA Servæ Dei Mariæ à Iesu de Agreda;  
*Mystica Civitas Dei, part. 3. lib. 7. cap. 17. à n. 346. vsq. ad 360.* Sed quia hanc revelationem retulit D. Amada, & novitè Illustrissimus D. Antonius Arbiol, Episcopus electus Civitatis Sacri Ordini Minorum eam ex asse in libro *Hispania Felix, &c.* illustrat, ne turpiter transcribam, quæ ipsi pulcherrimè exatarunt omitimus.

69. Secunda Revelatio est Ven. Fratris Didaci Murillo, quam refert laudatus D. Amada, *Discurso Juridico por el Pilar, pag. 41. num. marginali 127.* Nam cum adesset proximus morti apud plures eiusdem Seraphicæ Religionis extasim passus est, & ex eo rediens reliquit grave testimonium. Nam, vt constat ex Processu originali, pag. 93. dicitur, quod R. P. Fr. Joannes Calderon testis examinatus affirmat: *Que estando el Padre Murillo en el articulo de la muerte, como estuviessen entebatado por espacio de ocho horas, buelto en sí, le mandò el Superior, en virtud de obediencia, referirle lo que le havia passado en aquel tiempo; y presentes otros Religiosos, dixo dicho Venerable Murillo: Padre Guardian, si acaso fuesse necessario para auctoridad de lo que he escrito en razon de la Fundacion Milagrosa de Nuestra Señora del Pilar, digo, por el passo en que estoy, y buscando solamente la gloria de Dios, y su Santissima Madre, que todo lo que he escrito, tocante à la Historia, ha sido con asistencia Real, y verdadera*

de la Madre de Dios, como està sobre la Columna. Hactenus Murillo Revelatio.

70 Tertia Revelatio est Servi Dei Dominici Ruzola in sæculo, Carmelitici Ordinis Discalceati, & ibi à Iesu Maria cognominati, qui Summorum Pontificum Clementis Papæ VIII. Pauli V. Leonis XI. Gregorij XV. Urbani denique VIII. vna voce *Sanc-tum*, eum appellabant, vt ait Aubertus Banden Eede Canonicus Silliger, & Scholasticus Antuerpiensis in *Bibliotheca Ecclesiastica*, Edit. Antuerpiæ 1649. *Sæculo* 17. *cap.* 227. *extra med.* Hic enim Venerabilis vir suam vitam scripsit, & cum hisce annis in Romana Curia de eius Beatificatione tractetur, & ibidem ad-esset Rev. A. M. Fr. Iosephus Nicolaus Caverio, Ord. Regalis B. Maria à Mercede Redemptionis Capti-  
vorum, hæc infra scripta ait:

71 Digo el infrascripto, que el Venerable P. Fr. Domingo de Jesus Maria, Carmelita Descalzo, en su Vida, que escriuiò de su mano por orden de los Superiores, la qual es en quarto folio, y tuve original en Roma (como Deputado que fui para dar à la Sagrada Congregacion de Ritos la Censura de si en ella se contenia, ò no se contenia alguna cosa contra la Fè, ò buenas costumbres) *fol.* 80. *pag.* 2. & *fol.* 81. *pag.* 1. habiendo referido inmediatamente antes, vn gran favor que Dios le hizo celebrando vna Missa, dice, hablando de si en tercera persona, como lo acostumbra.

72 Una cosa semejante le sucediò en Nuestra Señora del Pilar de Zaragoza, y fuè que imbiando-le el Nuncio de España à componer en aquella Ciudad, y en otra de Aragon, algunas diferencias, y à otros negocios, habiendo de ir à la Ciudad de Zaragoza, la Reyna Margarita le pidiò, que en aquel

gran-



grande Santuario de Nuestra Señora del Pilar , le dixesse vna Missa , pidiendo por su intercessión la gracia al Señor , y que le hiziesse muy sierva fuya , y sucesión para su Reyno. El qual lo hizo afsi , y acabada la Missa , estando delante su Imagen dando las gracias , se le apareció la Virgen Santissima sobre el mismo Pilar donde está ahora su Imagen de bulto , y le dixo: „ Dudan algunos , hijo mio , la venida del „ Apostol de mi Hijo à este lugar ; y de que yo en „ èl le aya visitado , y consolado. El vino , y lo fabricò à mi honor , ayudando con sus proprias manos à los Angeles , y à sus compañeros. Y mi Hijo , y yo , en agradecimiento , lo hemos visitado , y visitamos muchas vezes , teniendo particular protección de esta mi Ciudad , que soy el Muro de ella , y afsi la he librado con mi presencia , y protección de ser muchas vezes destruida. De la qual , y de este Reyno tambien el Apostol es dado por muy particular Protector. Y sentiràn particular protección , y intercessión en todas sus necesidades siempre que de corazon recurriessen à este mi segundo Santuario. Y porque tu has deseado saber esta verdad por mi honor , te la manifestamos ahora , para que sea manifesta à todo el mundo. E inmediamente prosigue afsi , *dict. fol. 81. pag. 1. & 2.* Y tambien la de mi Purissima Concepcion , porque aunque como à hija de Adàn havia de incurrir en el pecado original , la infinita bondad , sapiencia , y omnipotencia del Señor , quando ab eterno me escogió por Madre de la Eterna Sapiencia , ab eterno me preservò , y despues en tiempo de todo pecado , queriendo que afsi como el Verbo Eterno era impecable por naturaleza , yo , como à Madre fuya , lo fuesse por gracia. Y si el Angelico Thomàs , y mi devoto Bernardo

lo sintieron despues de otra manera, de la que ahora lo havrian tenido, y escrito, ha sido traza de la Divina Sabiduria, para despertar à mayor devocion los animos de mis hijos, y devotos, con la emulacion, y libertad de las opiniones, hasta que la Iglesia tambien, verdadera Esposa de mi Hijo, lo tenga de Fè, como lo tendrá por muchos Concilios confirmados. Y en señal de que esto es afsi, y será afsi, te decimos tus penfamientos, y deseos, que tienes ahora actualmente de pedir tres cosas señaladas, que son, &c. y la Reyna recibirá en su alma vna particular gracia, y en lo temporal tendrá muchos, y buenos hijos.

73 Y en el dilatado Indice (ò por mejor decir Apendice) que de esta su vida añade de su misma mano tambien, y que tiene veinte y vn folios, y vna pagina (aunque no numeradas, como lo están los folios de la Vida) dize en el folio que es decimoséptimo pag. 1. & 2. De como imbiándole el Nuncio de España à Zaragoza, y à otra Ciudad de Aragon, à acomodar vnas grandes diferencias, le pidió la buena Reyna Margarita, que le dixesse vna Missa en Nuestra Señora del Pilar de Zaragoza, la qual llamó la Virgen su Ciudad, apareciéndole despues de la Missa. Dixole como Santiago vino à España, y como ella lo havia visitado muchas vezes en aquel lugar, señalado con aquella Columna, y Pilar del Cielo, en señal de la proteccion particular que tenia, y havia de tener de aquel lugar (en el qual se alcanzarian muchas gracias por su intercessión) y de aquella Ciudad, y Reyno. Dixole tambien, como havia sido concebida sin pecado original, dando por señal de que afsi lo determinaria la Iglesia: Y que la Reyna Margarita recibiria dos gracias, vna espiritual, y otra temporal, que tendria muchos, y buenos hijos: Hasta aqui el  
Sier-

Siervo de Dios. Esta copia, sacada de otra que tengo entre mis papeles, hecha por mi mano en Roma a vista del original, de que hablo arriba; y con tanta puntualidad, que observè la ortografia, y modo con que escribiò el Siervo de Dios: Y para que conste, la firmo de mi mano en este Convento de Madrid de mi Sagrada, y Real Orden de Nuestra Señora de la Merced Redempcion de Cautivos. Agosto 19. de 1729. El M. Fr. Joseph Nicolàs Cavero, Ex-Procurador General de la Orden en la Curia Romana, y antes Provincial de Aragon.

74 *Suppono quod apud Felicem Contelerium vtriusque Iuris, & Sacræ Theologiæ Doctorem, Tract. de Canonizatio Sanctor. Edict. Lugd. 1634. in 8. cap. 14. num. 30. sic dicitur: Revelationes Divinæ sunt signa sanctitatis cum earum sit Author Spiritus Sanctus, D. Thom. 2. 2. q. 127. art. 6. ad 1. Antiochus Brondus in Apocalyp. cap. 1. disp. 2. q. 1. in 1. Fundamento. Nihil est aliud revelatio, quam inspiratio cognitionis illuminantis animam in ignotis, vel manifestatio alicuius veritatis mediante aliquo lumine Brondus ubi supr. A Theologis afferuntur plura signa. Primum; si expertes sint viri sapientes, ac spirituales ita iudicant. Secundum, si revelatio efficit hominem humilem, Prov. 3. vers. 32. Et cum simplicibus sermocinatio eius. Tertium, puritas, & integritas veritatis eorum quæ revelantur. Quartum, si reperitur conformis Sacris Scripturis, & Sanctorum sententijs, & exemplis. Quintum, si cui fuit revelatio est persona approbatæ sanctitatis. Sextum mentis illustratio, & amoris Divini inflammatio. Septimum, si revelatio terminatur in lætitia mentali movente illum cui fit revelatio ad amorem virtutis. Brondus ubi supr. dicit. disp. 2. q. 2. præsertim in 2. Assertionem, pag. 25. col. 1. Edit. Rome 1612.*

75 Si signa legimus, omnia in hac revelatione extant: Nam primum si expertes sint viri sapientes, ac spirituales. Pro multis extat R. P. M. Fr. Iosephus Nicolaus Caverio, sapientissimus, & doctissimus, necnon Spiritu Dei plenus, cum non solum à Doctoribus suæ Universitatis Cæsaraugustanæ, sed ab innumeris extraneis alijs Sactus appellatur, & hic transcripsit hanc revelationem quia veram agnovit.

76 Non increpet Criticus meam erga hunc celeberrimum Scriptorem, laudem: Nam, vt Plinij Cæcilij Secundi Euricio suo, *lib. 1. epist. 16.* mutuem verba: *Neque enim (inquit) debet operibus eius obesse, quod vivit. Ansi inter eos quos nunquam vidimus floruisse, non solum libros eius, verum etiam imagines conquireremus, eiusdem nunc honor presentis, & gloria quasi satietate languescet? At hoc pravum, malignumque est, non admirari hominem admiratione dignissimum; quia videre, alloqui, audire, complecti; nec laudare tantum verum etiam amare contingit.*

77 Secundum: si revelatio efficit hominem humilem: Quæ maior humilitas quam hanc, & alias revelationes sub nomine tertij referre?

78 Tertium puritas, & integritas veritatis eorum quæ revelantur. Conceptionis B. Mariæ absque originali labe, fuisse, refractarios meum Doctorem Angelicum, & D. Bernardum nemo est, qui ignoret; etsi aliquis hæsitat P. Canisium *de Maria Deipara Virgine, lib. 1. cap. 7. pag. 37.* & P. D. Ioannem Mavillon *in Notis ad D. Bernardum consulat, tom. 1. epist. 174. lit. B. col. 169. Edit. Parisijs 1719.* Hic quidem celeberrimus Scriptor Mavillonius, cum è vivis excessisset, SS. D. Papa Clemens Undecimus dixit vt non inter alios Monachos, sed separatim ob sua merita iam virtutum,

iam Operum suorum, humaretur. Obijt die 27. Mens  
Decemb. Anno 1707.

79 Si Sacellum *secundum*, Ædem Columnatam nuncupat Cæsaraugustanam : Hoc idem ab Scriptori-  
bus dicitur P. Hieronymus Pardo , *Excellentiæ D. Jacobi, part. 2. lib. 3. cap. 10. n. 16. 17. & 23.* Juzgo que-  
el Santo Cenaculo merece muy bien el nombre de  
Templo , y Iglesia con toda propiedad ; y que afsi en  
quanto à la Dedicacion , es el primer Templo de la  
Iglesia Christiana , y el segundo el nuestro de Zara-  
goza , que como havemos dicho , es el primero , en  
quanto à la edificacion. Illustrissimus Archiepisc. D.  
Anton. Calderon, *Excellentiæ D. Jacobi, lib. 1. cap. 11.*  
El Zebedeo , y Salomè , Padres de nuestro Apostol,  
hizieron donacion à los Apostoles de la casa del Cena-  
culo , despues de la Ascension , y desde entonces fuè  
esta casa propiedad de la Iglesia Primitiva en co-  
mun , &c. Et prosequitur. Demos , pues , la prima-  
cia de los Templos Christianos al Santo Cenaculo , en  
quanto à la Dedicacion , y tenga en esto el segundo  
lugar la Capilla del Pilar , siendo gloria singular su-  
ya , el ser el primero que se edificò en la Ley de Gra-  
cia. D.D. Iosephus Felix Amada , *Compendium Mira-  
culorum B. Mariæ Virginis à Columna* , fol. 10. *Con-  
sagrado* , pues , para dexar la Primacia al Santo Cena-  
culo de Sion , que fuè el primero que se consagrò por  
el mismo Jesu Christo ; sino que se dice *Edificado* , que  
es lo mismo que haverse dirigido desde sus cimientos  
para Templo de Dios , y veneracion de su Purissima  
Madre. Demum Ven. Frat. Didaeus Murillo , *in sua  
Capella Angelica B. Mariæ Virginis à Columna Cæsarau-  
gusta* , cap. 15. pag. 128. col. 1. Edit. Barchin. 1616.

80 Digo , pues , que los Autores que tienen  
que la Santa Capilla del Pilar fuè la primera Iglesia  
del



del mundo de las que se edificaron en tiempo de la Ley Evangelica , hablan solamente de los Templos fabricados, desde su primer instituto , para casas de Oracion , donde fuesse Dios honrado con sacrificios, y alabanzas divinas , y otras obras de devocion. Confule D. Iosephum Pellizer de Salas & Tovar, *in Appendice ad Aparatum* , lib. 2. fol. 69. n. 4. & Georgium Colvenerium, *in Kalendar. Mariano die 20. Julij*, n. 5. & novissimè Illustr. Arbiol, *Hispania Fœlix* , part. 2. Reflex. 6. pag. 142. & seqq. & in lib. cuius titulus est: *Universal Redempcion*, part. 2. lib. 2. canto 11. pag. 203. col. 2. lin. 9.

81 Es la primera Iglesia que en el mundo se edificò à la Virgen Soberana , con titulo , y renombre sin segundo de Virgen del Pilar Zaragoza: Aqui se ha oido vn cantico profundo diversas vezes con la hija de Ana de Espiritus Angelicos , è insignes, cantando en torno celebres Maytines : consonant hæc vltima verba cum clausula Historiæ de Pilari , ibi: *Hæc est Aula Sacratissima sapius per Virginem visitata: in qua cum Angelicis Choris visa est sapius Dei Genitrix Matutinos psalere Psalmos.*

82 In ordine ad id quod dicit, *que soy el muro de ella* , id est Civitatis Cæsaraugustæ satis firma est hæc veritas iam in Apparitione Dei Genitricis ad murum Cæsaraugustanum , & in ipsa fractura muri eius simulacrum relictum , quod hæcenus extat vt infra firmabimus. Iam quia extat aliud Simulacrum B. Mariæ vulgo *de las Massas* , in Coenobio Sanctæ Engratiæ Monachorum Ordinis S. Hieronymi. Iam quia extat aliud vulgo *Nuestra Señora del Olivar* , iuxta Conventum Ordinis Prædicatorum eiusdem Civitatis Cæsaraugustæ.

83 Alia Imago B. Mariæ Virginis propè Civi-

tatem vulgo *de la Sagrada* in oppido Monzalbarba. Ac demum alia propè Cæsaraugustam B. Maria Virgo *de Cogullada*, in Conventu Ordin. Capuccinorum. Ob id Ferreolus Locrius *Maria Augusta*, lib. 4. cap. 17. ait: *Habet vero Civitas*, id genus alia quam plurima, ipsis mutis, quasi in orbem adsidentia, quæ pia Civium sedulitas magnis moliminibus, gratitudinis ergo compasuit; quibus supereminet ingens illud delubrum, vulgo *del Portillo*, ab admiranda signorum quæ ibi patrantur serie nuncupatum, &c. In ordine ad adventum B. Mariæ Virginis dum adhuc viveret, concordat revelatio cum Traditione.

84. Quartum, si reperitur conformis Sacris Scripturis, & Sanctorum sententijs, & exemplis, etsi hoc sit extra Sacram Scripturam, vt punctum merè Historiale Ecclesiasticum: tamen variorum Scriptorum totius orbis litterarij illustratum reperitur.

85. *Exemplis.* Neutiquam immo valemus dicere illud Davidicum: *Non fecit taliter omni Nationi*, *Psal. 147. v. 20.* Nihilominus tamen quod nostras Author affert prima parte huius opusculi à n. 15. vsque à n. 25. magnam lucem præfert vt credatur. Quibus adde, quod doctissimus, atque eruditissimus magni ingenij vir R. P. Frater Hernandus Oxea, Ordin. Prædicat. in lib. *Historia de Santiago*, &c. Edit. Matriti 1615. in 8. cap. 7. *de como el glorioso Santiago fundò la Iglesia de Nuestra Señora del Pilar de Zaragoza, y de otros Lugares en que predicò*, num. 2. per hæc verba ait.

86. „Y no es maravilla vñasse Dios de esta magnificencia con el glorioso Apostol; porque si para  
 „consolar al Propheta Daniel, que estaba preso en  
 „Babilonia, y echado yà à los Leones para que le  
 „despedazàran, embiò vn Angel, que arrebatando  
 „de

,, de vn cabello al Propheta Abacuc, que iba à Jeru-  
 ,, salen à vna su heredad, le puso en vn instante en  
 ,, Babilonia con el Santo, con estar mas de cien le-  
 ,, guas de alli; y para bautizar al Eunuco de la Rey-  
 ,, na de Candace, embiò por ministerio de otro An-  
 ,, gel à S. Felipe el Diacono, con vna presteza increi-  
 ,, ble, de Samaria à Gaza, y bolviò luego al mismo  
 ,, lugar, con haver no pocas leguas de vno à otro.  
 ,, A San Leandro, como se escribe en las Lecciones  
 ,, de su fiesta (die 13. Mens. Maij) le embiò de Se-  
 ,, villa à Roma, y le bolviò à ella por ministerio de  
 ,, otro Angel en muy pocas horas, para consolar à S.  
 ,, Gregorio Papa, con el qual estuvo en Roma ha-  
 ,, blando de cosas del Cielo, por espacio de vna ho-  
 ,, ra. Y à S. Antonio de Padua, por ministerio tam-  
 ,, bien de ellos, le embiò dos vezes, segun la Histo-  
 ,, ria de S. Francisco, para consolar, y socorrer à su  
 ,, Padre en dos grandes necesidades, que se le ofre-  
 ,, cieron de Italia à Lisboa, distancia de mas de tres-  
 ,, cientas leguas, en menos de vn dia natural cada  
 ,, vez, y le bolviò con la misma presteza, que todo  
 ,, ello fuè milagroso, y divino. Quien se maravillará  
 ,, de que huvièssè vsado de esta magnificencia con  
 ,, el glorioso Apostol Santiago, embiandole à tu Ma-  
 ,, dre Santissima, acompañada de millares de Ange-  
 ,, les, desde Jerusalem à Zaragoza para que le conso-  
 ,, lara, y mas confessando, que todo ello fuè mila-  
 ,, groso, y divino, y Dios sumamente Poderoso? Y de  
 ,, la manera que los Angeles traxeron con gran cer-  
 ,, tidumbre, y por obra divina desde Nazareth, tier-  
 ,, ra de Israel, y de la Palestina en Afsia, à Loreto de  
 ,, Italia, la Casa, ò Aposento en que la Virgen Nue-  
 ,, tra Señora concibiò al Verbo Eterno, Hijo de Dios  
 ,, Unigenito: Afsi pudieron traer esta Columna de

Act. cap. 8.

S. Franc. p.  
1. lib. 5.

,, otra

„ otra parte , aunque fuesse de muy lexos , quando  
 „ no digamos que la criò Dios alli de nada , como  
 „ criò todas las cosas al principio del mundo. Y esto  
 „ tengo yo por lo mas cierto , porque para èl no ay  
 „ repugnancia , ni dificultad alguna , todo le es pos-  
 „ sible , y su dezir es su hazer. *Quia ipse dixit, & facta sunt : ipse mandavit, & creata sunt.*

Pfal. 184.

87 Si alium casum desideras consule P. Balin-  
 ghen in *Kalendar. Mariano* 27. *Maij*, de Ioanne 1.  
 Pont. ex P. Ioann. Bonifac. Bagatta, *Admiranda Orbis  
 Christiani, tom. 2. lib. 5. cap. 2. §. 1. n. 23.* Romæ in  
 Porticu prope Theatrum Marcelli, extat Deiparæ, fi-  
 lium in vlnis ferentis Imago, aureis lineis in lapide  
 præcioso Saphirino Angelorum manibus ( vt pie cre-  
 ditur) efformata, & S. Gallæ Viduæ Romanæ Nobi-  
 lissimæ, & Sanctissimæ in domum delata. Cum enim  
 illi divinis rebus esset intenta, duodecim pauperes  
 quotidie prandio exciperet, hanc Imaginem multa  
 luce circumfusam ab Angelis dono accepit. Qua de  
 re cum Ioannem Pontificem, Martyrio postea inclytum,  
 commonefecisset, & ille in eius domum venisset,  
 fufsis ad eum precibus, Campanis nullo impulsu,  
 sed sua sponte tota Urbe concrepantibus, Imaginem  
 in aere suspensam admirabundus conspexit, quæ ab  
 Angelis in eius manibus deposita est: Atque eo ipso  
 die Beatissimæ Virginis beneficio, quæ tota Urbe  
 grassabatur pestis ablata est. Quare S. Galla in  
 suis ipsis Ædibus Templum Christo, eiusque Genitrici  
 posuit, quod vulgo Sancta Maria in Porticu dicitur.  
 De quo meminit Laudatus Martinez, *sup. n. 64.*

88 Et si de minore ad maius ragui potest, habemus  
 exemplum, quod Angelus defert Campanam in Monasterio  
 vbi nulla dabatur, refert idem Bagatta, *Admir. Orb. Christian. tom. 1. lib. 5. cap. 4. §. 5. num. 4.*

*Edi-*

*Edificato Monasterio ( inquit ) cum campana deesset, cuius sonitu ad publicas preces Monachi convocarentur, fertur, ipsum se precibus dedisse Fursæum, & ( mirum dictu ) cum Adolefcens quidam Anna Vidua filius defunctus efferretur, adstitisse coram omnibus funus prosequentibus Angelum, & Campanam Fursæo obtulisse; cuius sonitu illi eo revixit mortuus, & ipse Monachus factus, pè vitam exegit. Desmaius, cap. 12. in Vita S. Fursæi, apud Bolandum, die 16. Januarij.*

89 Si enim Angelus affert Fursæo Campanam ad publicas præcationes Monasterij: multo melius credi potest, quod Sacratissimæ Virginis Mariæ Imaginem, & Columnam afferrent Angeli ante sæculi primi dimidium ad Hispaniam Cæsaraugustæ. Et, si Angelus S. Philippum, vel Diaconum, vt dicunt plurimi, vel Apostolum vt S. Albertus Magnus, & D. Thomas in Ioannem, cap. 12. propugnant, mirabiliter tullit è Samaria in Azotum, quare non credi potest Mariam Virginem dum adhuc viveret è Hierusalem in Cæsaraugustam venisse? Nam vt perdocte ait R. A. P. M. Frat. Paulus Yañez Aviles, Ordin. Cisterciensis, eius Chronista Generalis, nec non Hispaniarum, ac Indiarum, multisque alijs titulis à me venerandus, sub nomine *Pablo de Offera, Pupilo de Nuestra Señora*, in Libello: *Basa de la Tradicion de Nuestra Señora del Pilar de Zaragoza* ( Edit. Matriti 1720. §. 3. n. 27. ) *No valemos menos ( los Españoles ) que los Azoteos.*

90 Quintum: si cui sit revelatio, est persona approbatæ Sanctitatis. Hoc nunc extat ventilandum in Sacra Rituum Congregatione sed dum quinque Pontifices ore vno *Sanctum*, dum adhuc viveret, eum appellabant, vt diximus supra, & firmavimus, credo, ac pie spero, vt Sacra Congregatio hoc idem decla-



ravit. Signum sextum, & septimum certo scire non valemus; eo quia est res occulta, & solum ille qui habet revelationes similes, exprimere valet.

91 Quod dictum est de hac tertia Revelatione Servi Dei Fratri Dominici à Iesu Maria, etiam in pluribus primæ, & secundæ laudatis convenit Revelationibus. Ex quibus hoc depromitur argumentum. Omnes tres Revelationes pro nostra adstant Traditione: Igitur, vel omnes tres fuerunt illusi in dictis Revelationibus, vel nostra Traditio penitus ut vera est credenda. Quod omnes fuerunt illusi, est moraliter impossibile, atenta Divina misericordia, quæ quidem non suffert, nec tolerat, ut sui servi à Diabolo fallantur: Atenta vita supradictorum, nec non, & virtutibus eximijs eorundem: Tertio consideratis signis supra adductis: Quarto considerata Traditione inter Ecclesiasticas prima, innumeris (ut ita dicam) miraculis confirmata, Bullis Romanorum Pontificum Privilegijs Regum, & pluribus alijs monumentis à supra laudato D. D. Iosepho Martinez Rubio, *in eius Summario, ut supra à nobis à num. 45. usque ad num. 63.* cum quibus omnibus in substantia mirifice supradictæ tres Revelationes conformantur.

Et, si, *in ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum. Cuius sensus est: Ait Eschius 2. Cor. 13. 1. Omnem controversiam indicandam esse iuxta testimonium duorum aut trium: Ergo per laudatas Revelationes, nostra Traditio ex asse ut vera propugnatur: Quid erit quando sunt tres Revelationes? Si enim ut ait: Funiculus triplex difficile rumpitur. Quomodo Criticus ullus nostram Traditionem tot monumentis munitam in dubium vertere valet?*

Deut. cap.  
19. v. 15.  
Math. cap.  
18. v. 16.  
D. Paul. 2.  
ad Corint.  
cap. 13. v.  
1.

Ecclesiast.  
c. 4. v. 12.

## §. II.

**EXTERUS SCRIPTOR SERIO**  
*disputat, ac pro nostra Traditione*  
*resolvit.*

92 **T**AM nota est apud exteros nostra Traditio, & Historia, vt celebris Scriptor Marianus, eam seriò disputet, ac pro nostra sententia resolvat. Iosephus Geldolphus Rychel Abbas S. Getrudis Lobanij: *Hodaporicum Marianum, sive Itinera Sacra Beate Virginis in terris agentis.* Edit. Coenesteni 1634. in 8. §. 13. fol. 161. hoc affert Epigraphe: *An B. Virgo mortalis adhuc Hispanias viderit?*

93 *Testantur id omnes Historici, quotquot unquam de rebus Hispanicis scripserunt.* „ Sed quomodo viderit, aut visiterit, non est dictu facile. Non enim navali, sed neque terrestri, verum cælesti (si fas est dicere) delata est Cæsaris augustam expeditione. Rem totam narrat Nicephorus, & post eum Ioannes Vasæus in *Annalib. Hispan.* Ioann. de Pineda in *Monarchia Ecclesiast.* 10. cap. 2. Calixtus, Beuterus, & alij. Denique Franciscus Arias, *lib. de Imitatio Beate Mariæ Virginis*, 5. cap. 20. brevibus ita summam recitat. „ Domina nostra, non contenta absentibus scribere, „ subinde ipsa ad eosdem visibat, in hoc filij charitatem imitata, qui quantumvis Thronum suum ordinatim in Cælo habeat collocatum, interdum tamen (vti B. Gregor. *lib. 2. Dialogor. cap. 16.* Nicephorus *lib. 2. cap. 21.* alijque Doctores testantur) „ ipsa specialiter descendit ad cultores suos in terra

Nota 14

„ visendos. Ita SS. Virgo quantumvis fixam Hieroso-  
 „ lymis sedem haberet, & in Cœnaculo ad Montem  
 „ Syonis commoraretur, se nihilominus nonnun-  
 „ quam ad diversa loca ab Urbe remotiora, confe-  
 „ rebat, vt opus, aut solatij aliquid sibi devotis im-  
 „ pertiretur. Quæmadmodum erga Beatum Jacobum  
 „ Maiorem se gessit. Cum enim ille Cæsaraugustæ  
 „ in Hispania esset, animi anxius ob paucitatem  
 „ Christianorum, quos ibidem peperisset, qui nume-  
 „ ro novem essent duntaxat: & noctu quadam cum  
 „ ijs ex Urbe egressus ad fluminis Iberij Ripam con-  
 „ sideret: Virgo Mater eidem apparuit, super Co-  
 „ lumna quadam ex Iaspide, permultis Angelis sti-  
 „ pata, qui eam ex Hierosolymis transportarant,  
 „ illumque vehementissimè consolata est, & dixit:  
 „ Quod per se ipse in Hispanis præstare minus po-  
 „ tuisset, Discipulos eius esse præstatorios, & vniver-  
 „ sam Regionem ad fidem Servatoris nostri conver-  
 „ suros, eumque iussit ibidem sacellum extruere,  
 „ quod ipsa terram in tutelam suam, fidemque acci-  
 „ peret: quo extracto, ipse Hierosolymam reverte-  
 „ retur. Hæc vbi dixisset Sacratissima Virgo ab ijs-  
 „ dem Angelis sublata est, & Apostolus sacellum ex-  
 „ truxit, quod pro tempore cubile Angelicum Cæ-  
 „ saraugustæ, sive columellarij appellatur, ubi etiam  
 „ nunc Columna ea super qua Sacra Dei Genitrix  
 „ Virgo Maria se Beato Jacobo conspiciendam osten-  
 „ tavit, visitur. Hæc Historia antiquissima quadam  
 „ Traditione recepta est à Calixto Pontifice Roma-  
 „ no, alijsque fidedignis Authoribus confirmata.  
 §. 14. *An incredibilia an impossibilia habenda sint que  
 supradicta?*

94 „ Non desunt, qui incredibilia, vel impos-  
 „ sibilia hæc fuisse putent, nimirum Jacobum in  
 His-

„ Hispanias profectum ante divisionem Apostolorum.  
 „ Cum enim (inquiunt) primus omnium Apostolo-  
 „ rum Martyrio ex hac vita migrarit, non videtur  
 „ fieri potuisse, *vt Hispanias lustrarit*. Verum eius  
 „ profectio in Hispanias, tunc potissimum potuit  
 „ contigisse, cum post necem Stephani Proto-Mar-  
 „ tyris, secuta est statim dispersio omnium Discipulo-  
 „ rum. Et licet Lucas in Actis cap. 8. v. 1. dicat: *Omnes*  
 „ *dispersos esse præter Apostolos*, id intelligendum, ex  
 „ maiori parte: sicut ibidem, vers. 1. ait: *Omnes Disci-*  
 „ *pulos dispersos esse per Regionem Iudeæ, & Samariæ,*  
 „ cum tamen constet, inter alios, Ananiam tunc  
 „ temporis profectum esse Damascum, illicque Evan-  
 „ gelium prædicasse. Quod si, & huius Apostoli Ma-  
 „ trem, Mariam uxorem Zebedæi eadem persecutio-  
 „ ne fugatam in Italiam adventasse, & apud Herni-  
 „ cos itinere fatigatam in pace quievisse, *vetera pro-*  
 „ *dunt Monumenta*, Ecclesiæ Verulanæ, vbi eius ve-  
 „ nerandum corpus religiosè asservatur; quare de  
 „ Deipara non liceat affirmare, quod, & ipsa pere-  
 „ gre *fideles secuta sit*, etiam miraculo intercedente?  
 Haftenus Richel.

Nota 2.

Nota 3.

Nota 4.

95 Nota 1. *Testantur id omnes historici, &c.* Historici  
 Hispani circa res Hispaniæ maioris sunt authoritatis  
 quam Scriptores extranei. Frat. Anton. Yepes, in  
*Chronica S. Benedicti, tom. 3. Ann. 731. cap. 2. fol. 59.*  
 „ ibi: Si bien que en la Historia tienen mucha fuer-  
 „ za las razones; muy gran parte de ella estriva en  
 „ la fee que se dà à los que escrivien, y para acertar  
 „ à dar en la verdad, tienese por regla magistral en  
 „ las Historias, crèer mas, y en primer lugar, à los  
 „ que son de vn Reyno, ò de vna Provincia, mas,  
 „ que à los Estrangeros. *Nam de gentis antiquitate,*  
 „ *& origine* (vt ait Marsilius Lelivius, *lib. de Orig. Gent.*

*Italia*) magis creditur ipsi Genti, atque vicinis, quam remotis. Ob id Emin. Card. Baron. tom. I. Anno Christ. 64. n. 6. ait: Potius autem standum esse Scriptoribus Gentilibus, quam proprijs nemo dixerit: Nam quam facile Ethnici errore lapsi sunt, quantumvis desertissimè in rebus Hebraicis conscribendis, ostendimus superius. Et idem in Martyr. Rom. die 26. April. In his, (inquit) qua sunt Romana Ecclesia, maior est adhibenda fides eius Alumnis, quam ceteris. Demum Vasæus, *Chronica Hispan. cap. 2.* Iam vero (inquit) extra Hispaniam pauci admodum scriptores res Hispanas attingerunt, idque ita dubia fide, ut plerunque tota errent via. Hic vero Scriptor non solum Historicos Hispanos nostram Traditionem aperte propugnare: Sed & exteros omnes, qui de rebus Hispanicis scripserunt, hoc idem firmare quasi inconcuso fulcro tradit.

95 Nota 2. Non videtur fieri potuisse ut Hispanias *lustrarit*, &c. P. Guilielm. Guppemberg, *Atlas Marianus, tom. I. Cent. 3. Imag. 231. pag. 431.* ibi: Illi non credunt, (nostram Traditionem) qui negant S. Jacobum unquam Hispaniam vidisse: sed facile fuit ijs præterire Hispanorum res. Ceteri ex Catholicis non difficulter fidem adhibent ijs, qua de hac Sacra Æde scribuntur. Sed iam videtur mihi Criticorum voces in auribus meis insonare dicentium: Etiam Hispanum Scriptorem S. Jacobi ad Hispanos aditionem negasse, ac geminato libro, geminatoque Idiomate in publicum edidisse: Nam respondetur, quod illico Apologetica Dissertatione de prædicatione S. Apostoli S. Jacobi Zebedaæ in Hispania à D. D. Ioanne de Ferreras, Parochialis S. Andreae Matritensis Rectore, Catholicique Regis Bibliothecæ Præfecto; nec non à D. Andrea Harnaud sub Anagrammatismo *Durana*, Regiæ Bibliothecæ Bibliothecario; iste in vulgari Sermone ille Latino



Idiomate fuit responſatum : Et quod plus eſt , vnico in folio D. Auguſtinus la Roca , etiam pro Breviarij Romani lectionibus S. Jacobum Hispanias adiſſe afirmanſibus, reſponſum eidem præbuiſſe, vulgari ſermone ; ſed ſtylo non vulgari, vtpote, quia ſi pulchritudo in Hiſtorijs prophanis Authorem exhonorat iuxta illud S. Sidonij Apolinar , *lib. 2. Epiſt. 2. Nam per nudam ( inquit ) pictorum corporum pulchritudinem, turpis proſtat Hiſtoria , quæ ſicut ornat artem , ſic devenuſtat artificem* : Iſte Author laudandus venit , quia pro Sancto ſui nominis, claro, ac ſpecioſo eloquio, non ineleganter certavit.

96 Et demum exijt Ediſtum à Dominis Inquiſitoribus Toleti ( cuius iuriſdictio non ſolum Abulæ, Segoviæ , & Seguntix comprehendit , ſed à Portubus huc ad Villas Oppida , & omnes terras protenditur ) die 4. Septembris 1725. in quo inter alios ab ipſis Sacris Cenſoribus ex aſſe libros prohibere iubentibus : Septimo loco ita in ipſo legitur : „ Item „ aſi miſmo mandamos prohibir , y recoger in to- „ tum , vn libro , ò papel imprefſo , ſin Autor , Im- „ preſſor , ni Año , que ſe intitula : *Difſertatio Hiſtorica de primo , potius vnico Evangelij prædicatore in Luſitania noſtra , totaque Hiſpania.* Y al fin del : *Ego Frater Michael à Sancta Maria, Eremita Auguſtinianus.* „ Por contener muchas propoſiciones injurioſas, con- „ trarias à los Decretos del Santo Tribunal , temera- „ rias , preſumptuoſas , y opueſtas à los Decretos de „ los Sumos Pontifices, y Perſonas de alta Dignidad, „ y otras contrarias à la Sagrada Eſcritura , y proximas hæreſi reſpective. Fuit eodem anno, menſe, ac die firmatum Lic. D. Lorenzo Joſeph Faxardo. Lic. D. Juan de Mucientes. Lic. D. Manuel Queſpo de Llamo. Por mandado del Santo Oficio de la In-  
quis

„ quifcion de Toledo. D. Pedro Velez de Escalante  
 „ Secretario. Et eisdem Censuris per S. Tribunal  
 Inquisitionis Galliciae die 18. Septembris dicto anno  
 1725. denuo fuit prohibita.

97 Obiter dico, quod quamvis Sacrum To-  
 leti Tribunal R. P. M. Fr. Michaellem à Sancta Ma-  
 ria, huius Dissertationis Authorem esse non dicat:  
 Ego dum triplicem eiusdem subscriptionem video, ut  
 Authorem agnoscere non dubito. Prima, in 5. Pau-  
 li encomio, ibi: *Hic omni laude superior, omni admi-  
 ratione maior, Lusitaniae nostrae, totiusque Hispaniae  
 unicus Apostolus est. Pro hac veritate in hac Dissertatio-  
 ne praeliminari ad Historiam Sacram disciplinae, & Ri-  
 tuum Ecclesiae Lusitanae, non pugnaciter, sed pacifice  
 pugnat Frater Michael à Sancta Maria, Ordin. Eremitar.  
 S. P. Augustini Sac. Theolog. Magister, & à Regali Aca-  
 demia Lusitana ad eiusdem Ecclesiasticae disciplinae scrip-  
 tionem designatus.* En ubi non ad hanc Dissertatio-  
 nem, sed ad Ecclesiasticam Historiam fuit electus.

98 Secunda, in Epistola dedicatoria Pijssimo  
 Regi Lusitaniae Ioanni V. ubi negativam adventus S.  
 Apostoli Jacobi in Hispania reppetit in vim veritatis  
 invictae, ibi: *Ceterum obstitit vis veritatis invictae.  
 Plane convictus sum, Paulum Doctorem Gentium, os Or-  
 bi, ut scripsit Chrysostomus, sufficiens, primum, imo  
 unicum Lusitaniae totiusque Hispaniae Apostolum esse cae-  
 terum hoc per Antiphrasim dixit, sicuti ex adverso (ut  
 S. Apolinaris, lib. 2. Epist. 1. verbis utar) maiores no-  
 stri praelia, quibus nihil est foedius, bella dixerunt: quique  
 etiam pari contrarietate, fata, quia non parcerent, Parcas  
 vocitavere. Et Caeci, apud Graecos, linceas appellantur.  
 Non est enim rerum veritas, sed splendida, & speciosa  
 vocabula, aiebat S. Augustin. in Psalm. 43. De qua  
 tanti Doctoris sententia speciosum habemus exem-  
 plum.*

plum. Sic subscribit : Frat. Michael à Sancta Maria Augustinianus.

99 Tertia, in fine Dissertationis, pro vt in Edicto dicitur S. Inquisitionis Toleti, quæ sola est sufficiens ad ipsum R. P. M. vt Authorem habendum; non solum in quantum ea approbat, & confirmat, ad tradita per Marcum Anton. Sabelli, *Summa diversor. tractatum*, tom. 4. lit. S. §. Scriptura 8. n. 9. Sed quia subscriptio dicitur vox, & testimonium scribentis Mascard. *de Probatio, conclus.* 183. n. 26. Afflictis, *decis.* 104. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancellar. Gloss.* 60. n. 2. & 23. Quia subscribens censetur propriè, & virtualiter scribere, & perinde habetur, ac si totam scripturam conscripsisset Puteus, *lib.* 1. *decis.* 235. n. fin. *decis.* Pedemont. 36. n. 3. vt patet ex sola Principis subscriptione in Epistola, *lib.* 1. *verb.* Et subscriptionem, ff. *de Constitutio Princip.* Jason, *in leg.* Si ita stipulatus, §. Chrysogonus, n. 3. ff. *de Verb. oblig.* Et in Notario instrumentum ab alio scriptum subscribente Jason *vbi supra.* Rolandus à Valle, *vol.* 1. *consl.* 44. n. 30. Si enim hæc pro vnica subscriptione: mea fert opinio pro triplici. Nec dicat fuisse electum à Regali Academia Lusitana. Nam Censores eiusdem, solummodo R. P. M. (vt ipse geminata vice dixit) ad Historiam Ecclesiasticam Lusitanam elaborandam optarunt: Ast in ordine ad hanc Dissertationem latinam: non quia ipsum elegerunt, scripsit: sed quia in Regali Academia multo antea in voce protulit, ideo postea, Antonij Rodriguez de Costa, & Josephi de Cunha Brochado præmissis approbationibus, vt ipse litteris dederit, consenserunt.

100 Criticus idem, in lib. *Voz da verdade*, &c. §. 6. fol. 34. existimat sententiam de S. Apostoli Jacobi itione ad Hispanos, esse contra S. Gregorij Nissenii

sententiam. *Oratione de S. Stephano*, ibi : *Nisi ab illius cæde* ( scilicet Stephani ) *Populus Iudæorum in Apostolos sevisset , forstim solis Hierosolymis Evangelij gratia inclusa esset...*  ,, Desta authoridade de S. Gregorio ,, Nissenno consta, que nenhum dos Apostolos sahio de ,, Jerusalem , ao menos para as Regioens Gentilicas, ,, senaon depois da mayor , e sanguinolenta cruel- ,, dade dos Judeos contra os Apostolos ; esta succedeo ,, quando Herodes com gofio , e approbazaõ dos ,, mesmos Judeos matou à Santiago, e encarcerou à S. ,, Pedro: logo todo, ò tempo antes naõ tinha Santiago ,, sahido de Jerusalem à pregar, ao menos en Regiaõ ,, alguma Gentilica, segundo, o Santo, e antiquissi- ,, mo Padre Gregorio Nissenno.

101 Sed respondetur, S. Gregorium Nissenum potius propositionem supra laudati Richel corroborare: Audiatur eiusdem verba antecedentia, & sequentia, quæ quidem sic se habent: ,, Quæmadmodum ,, enim periti Athlæthæ subeuntes corpus adversario- ,, rum, per quandam artificiosam agilitatem, atque ,, habilitatem graviorem lapsum eis struunt: Ita mag- ,, nus quoque Stephanus, humi prostratus gravem illam ,, contusionem adversarijs confecit. (*Nota sequentia*) ,, Hinc enim Apostoli in Orbem terrarum currere ,, ceperunt. Hoc in omnes partes divulgationis ini- ,, tium est. Nam nisi ab illius cæde Populus Iudæo- ,, rum in Apostolos sevisset, forstim solis Hieroso- ,, lyms Evangelij gratia inclusa esset. (*Nota secun- ,, do*) Nunc vero agitati à Iudæis alius alio Gen- ,, tium per Orbem terrarum dispersi sunt undique ,, per Mysteriorum doctrinam Diabolum exturban- ,, tes: Ergo Jacobæi ad Hispanos aditio, post Stephani cædem, non est contraria, sed potius conformis, doc- ,, trinæ S. Gregorij Nisseni, qui prosequitur, ibi: *Et*

omnes utique gentes sermo percurrrens ad fidem adducit.

102 Quare ipsi R. P. M. non dicam illud Si-  
racidis, Ecclesiastici cap. 4. v. 30. *Nolli contradicere  
verbo veritatis ullo modo, & de mendatio inereditionis  
tue confundere.* Nec dicam illud suæ Patriarchæ Au-  
gustini, libro *Contra Adimantium*, cap. 4. *Effatum Par-  
ticularum quasdam de scripturis eligunt quibus decipiant  
imperitos, non connectentes quæ supra, & infra scripta  
sunt, ex quibus voluntas, & intentio scriptoris possit in-  
telligi.* Etsi sit punctim ad nostrum casum: nec illud  
communissimum Amoris proprii omnia sunt tenebræ  
apud D. Stephanum Salazar, Sac. Theolog. Docto-  
rem, ac Monachum Carthusianum in *Tract. Genealo-  
logia Iesu Christi, &c.* lib. 2. n. 15. pag. 140. *Edit. Lugd.  
1584. in 8. ibi: Nunc vero subjicit animum meum admi-  
ratio: & quotiescumque mecum reputo, quam transver-  
sos nos agat nostri ipsorum conceptus amor. Nunc enim  
efficit, ut quæ per se sunt clara: densissimis, & plus-  
quam cymerijs tenebris, obducantur.* Nunc, ut vera, &  
Divinis Oraculis prænuntiata: pro dubijs, & incer-  
tis reputemus. Sed verè dico ipsimet R. P. M. quod  
in casu simili S. Prosper. ut ait Orosius in *Apolog. cap.  
3.* apud Franciscum Simon de *Fraudibus Hereticorum,*  
*part. 3. Fraus. 12. pag. 159.* *Edit. Moguntia 1681.*  
*in 8. Si Augustini personam sumis, Augustini senten-  
tiam sequere.* Idem R. P. M. dico: Si Nisseni perso-  
nam sumit, Nisseni sententiam sequatur, & dabo  
illi manus. In numero illorum introire videtur de  
quibus prophetavit Isaias, apud Math. 13. vers. 14.  
*Videntes videbitis, & non videbitis:* Et de quibus Eu-  
cherius dixit: *Qui licet aliquid cernere videantur, ip-  
sum liquidè veritatis lumen minimè discernunt.*

103 Quomodo docebit veritatem (ut in fron-



tè sui Opusculi affert dicendo: *Vox da veritate*) qui contra eam tam apertè mentitur! *Quare detraxistis* (ait Job, *cap. 6. v. 25.*) *sermonibus veritatis?* Rectissimè Lactantius Firmian. *lib. 1. Divin. Instit. in Prefatione omnino videndus. Quid tam temerarium* (ait Julius, *lib. 1. de Natura Deorum in princip.*) *tanquam dignum sapientis veritate, atque constantia, quam aut falsum sentire, aut quod non satis explorare perceptum sit & cognitum sine vlla dubitatione defendere: quomodo enim docebit veritatem, qui contra eam mendax est.* Hunc Scriptorem annotare possum inter eos quos reprehendit Jacobus dum ait, *cap. 3. vers. 14. Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse adversus veritatem.* Et demum Job solatur, eo quod non fuit refractarius sermonibus Sancti, *d. cap. 6. v. 10. Et hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non pareat,*  
**NEC CONTRADICAM SERMONIBUS SANCTI.**

104 Præterea S. Gregorij Nissenii doctrina concordat in primis cum S. Athanasio, *Homil. de Semente post initium*, ibi: „Habes in Actis Apostolorum, post Lapidatum Stephanum, Discipulos dispersos, & quasi seminatos; sed enim ita dispersi, ut seminatoris frumenta effecti sunt, ad panem super cælestem univèrsam per Orbem peragrantes, vivificæ doctrinæ virtutes, efficaciasque differunt, rint.

105 Tertiò, hoc idem firmatur cum eo qui in sæculo fuit celeberrimus Advocatus, & in Sacra Religione S. Cayetani Thianei, Scriptor Asceticus, & in Sanctorum albo collocatus S. Andræas Avelinus in *Psal. 45. v. 2. Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.* Etenim ait, prisci illi Discipuli Apostolorum cum viderent

rent turbari terram corda scilicet Iudæorum, quæ terrena erant, quando Actor. 8. v. 1. *Facta est persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Ierosolymis; & montes transferri in cor maris*, Apostolos videlicet, qui montes erant in circuitu Ecclesiæ, tunc nascentis, que conversi ad gentes *in cor maris* translati sunt in Mundum scilicet ubi alevantur horrenda monstra peccatorum. Hactenus S. Andræas Avelinus, *Soliloquio Divini Amoris, & in Psal. 45.* Edit. Napoli 1646. in 12.

106 Quarto, ex Guillermo, & Ruperto apud Alapide, *in Cant. cap. 7. v. 11. Egrediamur in agrum commoremus in illis*, hoc idem suadetur, ibi: „ Guiller-  
 „ mus hæc accipit de B. Virgine suadente Apostolis,  
 „ vt occisso à Iudæis Stephano, ab ijs tanquam à  
 „ perfidis, & Evangelio resistentibus, ingrediantur  
 „ in villis Gentium, illisque Christum annuntient. Idem habet Rupertus, Historia de Pilari cum hisce doctrinis concordat, vt firmat D. Maurus Castela Ferrer, *Historia D. Jacobi, lib. 1. capit. 11. fol. 22.*

107 Argumentum negativum inter alia firmare intendit. Idem §. 5. fol. 21. cum suo Patriarcha Augustino, ibi: *E no libro 2. de Anima, & eius origine, cap. 9.* proba o mesmo Santo Doutor não foy bautizado o Bom Ladrão antes da Cruz, com o argumento negativo, de que nenhum Catholico viò, ou soube desse Bautifmo: *Quoniam*, diz o Padre, *nemo nostrum vidit, nemo convincit.* Est contra suum Patriarcham Augustinum: *Retractationum lib. 2. cap. 55. n. 3. Editionis Maureanae, tom. 1. operum*, ibi: De Latrone etiam cui dicitur est: *Hodie mecum eris in Paradiso*, quod non fuerit visiviliter baptizatus quasi certum posui, cum sit incertum, magisque illum bap-

tizatum fuisse credendum sit, sicut ego quoque alibi postea disputavi.

108 Debuit enim R. P. M. retractationum libros perlegere, antequam supradictam relatam doctrinam Augustinianam, ut firmam, geminata vice (id est in Dissertatione Latina, & hic) scripserit, & quia culpabiliter prætermisit, audacter erravit, temere deliquit. Non acquievit Cæsiodori (*lib. de Divina lectione cap. 10.*) documento: *Si quis autem (ait) dicta sua diligenti cupit examinatione purgare, nec incauta temeritate delinquere, duos libros Retractationem S. Augustini studiosa lectione percurrat.*

109 Hic venit quæstio: An qui duas sententias inter se contrarias diversis temporibus scripsit, una ex illis, quæcunque sit, possit ab alio Authore citari, absque vlllo falsitatis nævo? Non deficit Author qui hoc affirmat: Ego vero negativam cum Cæsiodoro nuper citato amplector. Neque enim iste sanctus, ac celeberrimus Scriptor *incauta temeritate delinquere* dixisset, si affirmativam sententiam secutus esset. De qua latè apud me in Dissertatione: *Veritas explorata* M. S.

110 R. P. Fr. Augustinus à Sancta Maria, Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum, ac celebris Scriptor Lusitaniæ multa congeffit pro Adventu S. Jacobi in Hispanias: sed quia hunc spetiosum librum ad manus habere non potuit, ideo, pro ipso, R. P. M. Fratri Michaeli à Sancta Maria, in suo Opusculo *Voz da verdade*, ubi plura in ipsum invehit, respondere non possum.

111 Quod iste R. P. M. Frater Michael, multa congerit contra veritatem in suo Opusculo *Voz da verdade*, ex hactenus dictis apertè demonstratur: & passim hoc idem fiet oculatior. Nam de S. Clemente

Alexandrino, *lib. 6. Stromat.* in Editione Gentiani Herveti Aurelianens. anno 1572. ait §. 11. pag. 83. post illa verba : *Remitentur ei peccata*, dari punctum: & littera maiuscula prosequere : *Post duodecim annos egredimini in Mundum nequis dicat non audivimus* : Et hoc facit ad Traditionem Apolonij seu Thraseæ de prohibitione Apostolorum exeundi à Hierusalem, iuxta Domini mandatum, firmandam. Sed hoc, ni fallor, est falsum apertissimè eo quia Greg. Pontifex XIII. in correctione Martyrologij Romani hanc clausulam delere fecit : Ergo quia falsum hoc reputavit. Correctio facta fuit anno 1584.

112 Præterea : in ordine ad supradictam Clementis Stromatei editionem, etiam esse falsum quod dicit, suspitione non caret. Nam in hac Curia Matritensi duas Editiones vidi. Primà, in Bibliotheca Sancti Hermenegildi, Fratrum Carmelitarum Discalceatorum, Edit. Parisij anno 1572. apud Michaellem Somnium, pag. 203. col. 2. lin. 3. Secundà, in Bibliotheca Monachorum Sancti Hieronymi, Edit. Florentiæ 1572. Laurentius Torrentinus Ducalis Typographus, pag. 197. lin. penultim. & in geminata Editione, iam Parisiensi, iam Florentina sic scribitur, *remitentur ei peccata post duodecim annos* : Ergo videtur esse falsum quod R. P. M. tam studiose propugnat.

113 De intelligentia horum verborum sunt qui censent hic de pœnitentia publica S. Clementem Alexandrinum fuisse locutum : Quod quidem corroborare poterant cum verbis Concilij Maguntiensis, apud Gregor. *in cap. Qui Prasbyterum 2. de Pœnitent. & Remiss.* ibi : *Qui Prasbiterum occidit duodecim annorum pœnitentia secundum Canones imponatur.* Sed ego hisce supersedeo, quia multo crassiores errores, Dominus Covarrubias, *lib. 4. variar. cap. 17. n. 9.* in lau-  
da-

dato Clemente notavit. Illud autem certum est quod, si traditio de prohibitione Apostolorum intra duodecim annos exeundi à Hierusalem, fuisset divina, ut aperte R. P. M. defendit: Qui ipsam floci haberet, non tam S. Apolonium, S. Thraseam, & S. Clementem Stromatæum, dato quod illam referant, contemnerent; sed ipsummet Dominum iuxta Paulum 1. *ad Thesalon. cap. 4. v. 2.* S. Bedam facit noni sæculi (§. 9. *pag. 66. lin. 23.*) cum non sit nisi Octavi, ut ait Sixt. Senens. P. Riberam facit Commentatorem Jeremiæ (§. 12. *pag. 93. lin. 4.*) cum non scripserit in nullum Prophetarum maiorum, sed in Prophetas minores.

114 Firmat suam sententiam cum Guilielmo Cavè, (§. 13. *pag. 102. lin. 11.*) qui quidem est, maxima censura notatus à Suprema Inquisitione Hispaniæ quam quidem in citato opere M. S. ad litteram scripsi: Vincentium Belbacensem, iam extollit; §. 9. *pag. 66. lin. 23.* & eundem in Supplementi, *pag. 169.* iam contemnit. Idem §. 5. *pag. 22.* Alex. Pap. Epistolam allegat quasi non veram, & §. 12. *pag. 94. lin. 8.* allegat ipsam ut veram: cui mutare possum quod Salustius, *in Invectione in Cicero-nem. Aliud stans, aliud sedes dicis,* vel verba Maximi Doctorum Hieronymi *ad Rufin. lib. 2. cap. 4.*, „ Quid „ facimus, quod interdum in eisdem locis, atque ut „ ita dixerim, in consequenti pene capite sententia „ contrarij sensus invenitur inserta?

115 Idem, Criticus, illam sententiam: *Si de veritate scandalum sumitur; melius est scandalum sequatur, quam ut veritas relinquatur,* firmat esse sui Patriarchæ Augustini geminata vice in sua Dissertatione Latina. Et denuo in *Opusculo Voz da verdade,* §. *ult. pag. 135. lin. 22.* & *in Appendic. pag. 189. in fin.*

Quæ.



Quæ verba vidi in S. Gregorij operibus iam, lib. 1. in Ezechiel, Homil. 7. ibi: *Ex qua re nobis considerandum est quia in quantum sine peccato possumus, vitare proximorum scandalum debemus; sin autem de veritate scandalum sumitur vitillius permittitur nasci scandalum, quam veritas relinquatur: Et iam lib. 9. Regestri Episc. 39. ad Theotistam Patriciam, à quo acceperunt Sanct. Thom. 2.2. q. 43. art. 7. & S. Bernard. in Apologia ad Guillelmum Abbatem, §. Item vero in fine, ibi: Ipsis itaque illud Gregorianum respondeo: Melius est, ut scandalum oriatur, quam veritas relinquatur. Idem in epist. 34. ad Drogonem, & in Tract. de Præcept. & Dispensat. cap. 12. Sed inter opera Magni Patris Augustini non reperiri verba hæc. Quare: vel sunt alterius Augustini, vel ipsius Doctoris, sed in opere nondum excusso.*

115 Idem in Supplemento, pag. 166. Bullas Pontificias aspernando, de eis sic loquitur: „Allega „huma Bulla de Gelasio II. que se acha copiada em „Baronio, Spondano, è Aguirre, na qual Bulla nem „huma palabra falla, o Summo Pontifice de Santiago. Respondeo dicendo, quod quamvis materialiter non nominet S. Jacobum Maiorem; tamen ex Epistola Encyclica Petri librana ad omnes Episcopos, quæ quidem est melius Commentum dictæ Bullæ, demonstratur. Et quod plus est, ipsemet Baronius tom. 12. Anno 1118. n. 19. antiquum Ecclesiæ B. M. Virginis de Pilari Cæsaraugustæ cultum referari, asfirmat: Ergo inibi Jacobeum ad Hispanos adventum. Quam benè S. Clemens Stromateus dixit: *Eos qui harent dictionibus, res ipse fugiunt.*

116 „Allega outra de Calixto III. dada no „anno 1456. na qual, o Papa naõ asfirma, que Santiago viesse à España: que las palabras con que „alli se dice, que Santiago estaba en ella, saõ de „naõ

„narrativa, que supplicabaõ certas gracias para a  
 „Igreja da Senhora do Pilar, como ya notaron o Au-  
 „thor da Hespaña feliz, fol. 302. e outros con elle:  
 „o mesmo se responde a outra Bullas de outros Su-  
 „mos Pontifices. Respondeo, quod quamvis in Bul-  
 las verba sint narrativa, quia in vna *Pro vt fertur* in  
 alia, *sicut accepimus* in alia, *vt predicatur*, & in alia,  
*vt affirmatur*, quas quidem Bullas annotat Illustrissi-  
 mus Arbiol, *Hispania Felix, &c. part. 2. Reflex. 22. à*  
*pag. 304. vsq. ad pag. 309.* Attamen in ordine ad vim  
 huiusmodi clausularum, Scriptoribus Canonicis (dico,  
 Iuris Canonici) credere debemus potius, quam nostræ  
 intérpretationi ob id ommitens plurimos, vnum pro  
 omnibus adduco scilicet Franciscum Antonium Beg-  
 nudelli Basi, *Bibliotheca Iuris Canonico-Civilis Pra-*  
*ctica, tom. 1. Verbo Clausula Apostolica, conclas. 12.*  
*n. 13. ibi: Clausula, vt asseris; vel, vt asseritur, inter*  
*se differunt: quod Clausula vt asseris, arctat suppli-*  
*cantem ad verificanda narrata; quia censetur narra-*  
*tiva partis, quæ, si non verificatur, gratia est surrep-*  
*titia; secus vero Clausula vt asseritur, quia non est*  
*narrativa partis, sed Papæ, quæ non indiget iustifi-*  
*catione Rebuffus in Concord. tit. de Forma Mandat.*  
*Appostilla Verbo; necnon vers. Nota tamen, Martha de*  
*Clausulis, part. 1. Claus. 170. in fine, Cassador. decis.*  
*4. de Probationib. in princ. Rota decis. 60. n. 2. de Res-*  
*criptis in Antiquis, & decis. 412. n. 2. & decis. 447.*  
*n. 2. part. 2. divers. apud Rota decis. 371. part. 5. Re-*  
*centior. to. 1. n. 12. & seq. vbi latè Vivianus in Praxi*  
*Iuris Patronat. part. 2. lib. 13. cap. 8. n. 131. Seraphin*  
*decis. 388. Riccius in Praxi Clausular. part. 3. resol. 99.*  
 Sed sic est, quod in nulla ex supra laudatis Bullis  
 dicitur *vt asseris*, sed solum *vt asseritur*, *vt fertur*,  
*sicut accepimus*, & *vt predicatur*: Ergo non est narra-  
 tiva

tiva partis, sed Papæ: Narrativa Papæ est pars Bullæ: Ergo qui eas parvi pendet, ac floci habet Sanctissimi Pontificis auctoritatem contemnit. O magna Criticorum superbia! illis accomodari possunt disertissima Ven. P. Canisij, lib. 3. cap. 22. fol. 257. col. 2. verba *Tanta* (ait:) *In istis libido est contradicendi*, omnemque obedientiam maioribus debitam difugiendi, ut vnus homuncio (quis non miretur?) Totius Ecclesiæ auctoritatem consensionem, traditionem, & consuetudinem, non maioris facit, quam sicut ipse vocat, vulgo receptam stulta quorundam præsumptione sententiam, nihil interim solidi adferens, quo suas novas, & monstruas opiniones, vel leviter eruditis merito comprobet. Plura alia notare possem. Sed si omnes persequi sit in animo nullum exitum inveniet Oratio. Ob id titulus *Vox da verdade*, &c. per Antiphrasim intelligendus venit.

117 Nota 3. *Ecclesiæ Verulane*. Ut punctim Emin. Cardin. Baron. tom. 1. *Annal. anno Christi 35. num. pag. 251.* apud Comestabilem de Adv. S. Jacob. *discur. 2. pag. 44.* Edit. Vallisoleti 1605. in 4.

118 Nota 4. *Quare de Deipara non liceat affirmare*, &c. Cum hoc firment Pontifices, Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, totque Scriptores ut quatuorcentorum numerum excedant? Et ut ait Satyrus:

..... *Difficile est non cedere, his quos*

*Defendit numerus, iunctaque ombone Phalanges.*

Replicat Critices *Vox da verdade* in *Appendice*, pag. 284. ibi: *E saõ muyto sabidos os Axiomas:*

*Negant vnus, aiunt mille*

*Si non probant, prestant ille, &c.*

Respondeo: hæc non Axiomata esse, sed Hymnus, Sequentia, vel Rythmus, ut in M. S. *Veritas explora-*

ta, lato calamo probavi. Præterea : dictum vnus nihil probat, vt ait Symachus, apud Gratian. *Can. in omnibus 25. distinct.* 81. Tertio, vulgare est illud: *Nec Hercules contra duos* : Quid dicendum quando tot coacervantur Scriptores, Monumenta, &c.?

119 Sacratissima enim Virgo Maria peregrinationibus ad loca sancta operam dedit, dum S. Jacobum Cæsaraugustæ visitavit. Iodocus Lorichius Doctor, ac Professor Friburgi, in lib. *Theaurus novus utriusque Theologiæ, Theorica, & Practica, tom. 2. tit. Beata Virgo Maria, n. 18. in fin. fol. 1356.* Editum Friburgi Brisgoiæ, anno 1609. apud Martinum Boeckler. „ Dedit operam ( B. Virgo Maria ) peregrinationibus ad loca sancta, & quidquid ab homine „ perfectè sancto fieri decuit, oportuitque id ab „ ipsa Sanctissima Virgine admodum copiosè præstitum est. Audi P. Didacum Bæza, Ponferradiensem Societ. Ies. *Commentaria Moralia in Evangelicam Historiam, tom. 1. lib. 3. cap. 4. §. 2. fol. 293.* Edit. 4. Valliseleti Anno 1636. per Antonium Bazquez à Sparza: „ Miraris ad Jacobum Mundi Nationes pro- „ perare. Igitur accipe, quod in eadem re mireris magis, quod prima omnium quæ ad Jacobum peregrinationem instituit, fuit creaturarum omnium Regina, Dei Mater Maria. Hæc cum cæteris Apostolis „ agens Hierosolymis Dei potentia Jacobum in Hispania degentem visitavit apud Syracusam, vt Columna Templi Maximi Syracusani testatur, &c.

## §. III.

## TRADITIO COLUMNATÆ

*Deiparæ Cæsaraugustanæ videtur  
Apostolica.*

120 **H**OC firmatur à P. Aloysio Ezquerra,  
*in lib. Hispano Gressus Mariæ Deiparæ,  
Gressus 17. cap. 2. fol. 302. Edit. Com-  
pluti 1629. ibi: „ Està tan bien zanjada , y pertre-  
„ chada la Tradicion de esta Historia , que no sè por-  
„ què se regatèa en llamarla enteramente Tradicion  
„ Apostolica , pues le coge tan de lleno la regla , que  
„ para conocerlas dàñ Ireneo , lib. 3. cap. 3. y Tertu-  
„ liano , lib. de Prescriptionib. cap. y es la quinta  
„ que para este efecto trahe el Cardenal Belarmino,  
tom. 1. Controv. lib. 4. de Verbo Dei non scripto , cap.  
9. Reg. 5. ibi: „ Quinta regula est: Id sine dubio cre-  
„ dendum esse ex Apostolica Traditione descendere,  
„ quod pro tali habetur in illis Ecclesijs vbi est inte-  
„ gra , & continua successio ab Apostolis. Hanc re-  
„ gulam tradit Ireneus , & Tertulianus. Ratio regu-  
„ læ est , quod Apostoli tradiderunt successoribus  
„ suis cum officio Episcopatus etiam doctrinam Reli-  
„ gionis. Si ergo in aliqua Ecclesia ascendendo per  
„ Episcopos sibi invicem succedentes perveniamus  
„ ad Apostolum aliquem , & non possit ostendi , quod  
„ vllus earum Episcoporum introduxerit novam doc-  
„ trinam , certi sumus ibi conservari Traditiones  
„ Apostolicas. Hactenus Bellarminus.*

121 „ Supuesta , pues , esta doctrina (*profe-  
„ quitur laudatus P. Ezquerra*) y que el fundamento,



„ y principio de esta Tradicion , es el Apostol San-  
 „ tiago el Mayor , y que èl puso el primer Obispo en  
 „ esta su Iglesia , y que se continuò en ella la succes-  
 „ sion de los Obispos , aun entre los Idolatras , He-  
 „ reges , y Moros , hasta la translacion que hizo de  
 „ la Cathedral el Rey Don Alonso , adonde oy està:  
 ( talis ergo Cathedralitatis erectio , non fuit aliud ni-  
 si quædam unio comunicatio , & extensio Cathedra-  
 litatis primariæ , quæ erat in dicta Ecclesia del Pilar ,  
 illi Ecclesiæ Sancti Salvatoris , vt ait latè Fr. Ioann.  
 Baptist. Lezana : *Columna Immobilis* , cap. 3. *per totum*  
*præcipuè* , n. 189. ) „ y que ni los Obispos que en ella  
 „ residieron , ni los que despues han sucedido en la  
 „ nueva Cathedral , ninguno enseñò doctrina nueva  
 „ contra esta de la venida de la Virgen , y fundacion  
 „ de esta Iglesia por su mandado : bien se sigue , que  
 „ ( conforme à la regla dicha ) es , y se puede llamar ,  
 „ Tradicion Apostolica.

122 Secundus scriptor qui sentit esse Tradi-  
 tionem Apostolicam est , D. Maurus Castela Ferrer:  
*Historia del Apostol de Jesu Christo Santiago Zebedeo* ,  
*Patron , y Capitan General de las Españas*. Madrid año  
 1610. *lib. 1. cap. 13. fol. 46. pag. 1. ibi*: Y si apreta-  
 „ mos este punto , cierto es , que es Tradicion Apof-  
 „ tolica la fundacion de la Iglesia de Nuestra Señora  
 „ del Pilar de Zaragoza , pues del mismo Santiago  
 „ nos ha quedado , y se ha conservado desde èl , haf-  
 „ ta ahora , siempre por tal fundacion suya , y por  
 „ tal la tienen , y confiesan muchos Santos Pontifi-  
 „ ces en sus Bulas , y gracias , &c. Et idem , *ibid.*  
*pag. 2. hæc habet*: „ Semejantes Tradiciones , con-  
 „ servadas en los Santos antiguos de la Primitiva  
 „ Iglesia , y continuada despues de ellos , tuvo por  
 „ Apostolicas ( siguiendo el parecer de San Agustín )

„ el Obispo de Guadix , D. Martin Perez de Ayala  
 „ en su libro de *Divinis Apostolicis, atque Ecclesiasticis*  
*Traditionibus*, diciendo en la 3. part. *Affercion 10.*  
 Apostolicas Traditiones eas voco, quas antiquissimi  
 Scriptorum Catholicos, ab Apostolis derivatas esse ag-  
 noscunt, vel quæ tanta antiquitate pollent; vt ferè  
 in ipsa nascenti Ecclesia servarentur, etiamsi nulla  
 extet in scriptura memoria, quæ ab Apostolis deri-  
 vatas esse asimet. Augustinus enim, *lib. 2. de Baptis-*  
*mo contra Donatistas, cap. 7.* omnia ferè quæ per vni-  
 versam Ecclesiam custodiuntur, quorum Constitutio  
 in Concilijs Apostolorum non patet, rectè ab Aposto-  
 lis commendata, & tradita esse credit: nec ab eo  
 quisquam Sanctorum dissentit, imo D. Leo hanc ten-  
 tentiam in verbis confirmavit, in quoddam Sermone  
 quatuor temporum.

123 Tertius scriptor est Servus Dei Fr. Dida-  
 dacus Murillo: *Fundacion milagrosa de la Capilla Ange-*  
*lica del Pilar, cap. 2. fol. 12. col. 1.* ibi: Aplicando,  
 „ pues, toda esta doctrina, y viniendo à tratar mas  
 „ en particular de la Tradicion de nuestro devotissi-  
 „ mo Santuario, para que se eche de ver quan fir-  
 „ me, y sólido fundamento es el que tenemos, no  
 „ solo para perseverar en el credito de vna verdad  
 „ tan recibida de todos; pero aun para no permitir,  
 „ que à cerca de ella se admita algun genero de du-  
 „ da, se ha de advertir, que la Tradicion que se tie-  
 „ ne à cerca de la fundacion de la Capilla Angelica  
 „ del Pilar, no es puramente de las que solemos lla-  
 „ mar Ecclesiasticas; sino que tambien merece el nom-  
 „ bre de Tradicion Apostolica, por haverse introdu-  
 „ cido por el Apostol Santiago, como se verá quan-  
 „ do tratemos mas en particular de su Historia, y  
 „ aunque no es de las que llaman Apostolicas vni-

„ versales; porque ni todos los Apostoles la introdu-  
 „ xeron por comun consentimiento de la Iglesia Ca-  
 „ tholica, ni fuè necessaria particular asistencia del  
 „ Espiritu Santo para introducirla; pero puedese lla-  
 „ mar *Apostolica particular*, quales son algunas que  
 „ los Apostoles introduxeron en las Provincias don-  
 „ de predicaron. (*Nota.*) Y esta circunstancia, yà  
 „ la levanta algo de punto sobre las otras Tradicio-  
 „ nes, que se llaman puramente Eclesiasticas. Hac-  
 „ tus Murillo.

124 Confirmatur omne supradictum argu-  
 mento à simili. Maria surrexit, & in Cœlum fuit as-  
 sumpta ex Traditione Apostolica, vt ait Fr. Gregorius  
 Argais, Chronista Religionis S. Benedict. in *lib. In-  
 struccion Historica, y Apologetica para Religiosos Ecle-  
 siasticos, y Seglares*. Edit. Matriti 1675. in fol. cap. 15.  
 pag. 252. col. 1. ibi: *Tambien es de mal sonido à los oi-  
 dos de los fieles, y devotos, el dezir, que la Assumpcion  
 de la Virgen en Cuerpo, y Alma, no es Tradicion Aposto-  
 lica: Ast vt ait Fr. Ambrosius Gardebofc, Carmeli-  
 tanus, Synop. 5. Histor. Ecclesiasticæ, tom. 1. saculo 1.  
 part. 1. lib. 1. dissertatio 2. q. 4. resol. unic. Virgo Ma-  
 ria verè resurrexit, & in Cœlum assumpta est, fides ta-  
 men illius mysterij non viguit in Ecclesia ante quintum  
 seculum.*

125 Assumptionem B. M. V. corpore, & ani-  
 ma ad Cœlos nemo, nisi temerarius sit, in dubium  
 afferre potest. Nunc sic: Dormitionis ante tempus,  
 omnes Apostoli (excepto Jacobo Maiore) congre-  
 gati fuere in Hierusalem, vt pluribus firmat P. Ez-  
 querra: *Gressus B. M. V. Gressus 19. cap. 3.* immo etiam  
 septuaginta duo Discipulos ibidem venere ad Sacræ  
 Deiparæ transitum, ait Glicas, apud eundem Ezquer-  
 ra *vbi supra*. Quæstio est: An miraculosè venerint,  
 nec

nec ne? Affirmat P. Salmeron *tom. 12. in Acta Apostolorum, Tract. 37. p. 246. col. 2. ibi: Nam in dormitione B. Mariæ Virginis fertur, omnes adstitisse, non sine miraculo. Hoc idem firmant Juvenalis, Damascenus, Nicephorus, & Metaphrastes citati à P. Canisio, Maria Deipara, lib. 5. cap. 3. fol. 445. col. 1. Edit. Lugduni 1584. ibi: Hi (id est supra citati Scriptores) rem ita proponunt (hoc est Apostolos venisse per miraculum ad B. Mariæ Virginis transitum) ut non scriptis Apocryphis sed verè, & pervetusta Traditioni videantur inniti: Ludovicus Hernandez, Universal Redemption. Edit. Compluti 1613. in 4. part. 2. lib. 3. Cant. 11. col. 1. omnino videndus.*

126 In quatuor primis sæculis nemo, hanc Historiam B. M. V. Assumptionis in Cœlum corpore, & anima, litteris dedit: Nec Apostoli, vt Discipuli, nec vllus Discipulorum Pauli, aut aliorum Apostolorum, qui ad fuerunt præsentis Dormitioni Deiparæ: sed, hoc tamen non obstanti cum sit maximè de pietate fidei, & à tota Ecclesia piè credatur, & communiter recipiatur, meritò erroris, damnatur, si quis hoc neget, vt ait Baldellus *tom. 2. Theol. Moral. lib. 1. disp. 33. n. 7. Immo id hodie esse proximum hæresi testantur plures apud Prosperum Fagnanum in cap. Ne imitaris, n. 17. de Constitution. Ergo, quia Traditio, etsi Apostolica, absque scriptorum cœvorum, immo plurimis in sæculis, absque scripto conservari valet illæsa. Plura circa Assumptionem Deiparæ in Cœlum corpore, & anima addere possem, quæ quidem consulto omitto, brebitati consulendo.*

127 Sed omitere non valeo sequentem considerationem. A tempore dormitionis Deiparæ vsque ad tempus præsens, de corpore, & anima in Cœlum Assumptione, fuit aliquis qui dubitabit? Sic: Nec mi-

nor doctissimus scriptor, & Sanctus, quam eius Caepellanus S. Ildephonus, *Sermon. de Assumption. B. Mariæ Virg.* apud Bibliothecam VV. PP. tom. 12. Editionis Anifonianaæ. „ Nec fane ( inquit ) ommittere debemus, quod multi pietatis studio amplectuntur „ eam hodierno die à filio suo Domino nostro Jesu „ Christo ad Coeli corporaliter sublevatam Palatia: Quod licet pium sit credere, à nobis tamen non debet afirmari, ne videamur dubia pro certis recipere. Idem censuere Isidorus, Heladius, & Eugenius credendum est dicit Emin. Cardin. Aguirre, *tom. 1. Concilior. Hispania, Dissertatio 9. Excurs. 6. n. 71. p. 149.* Et B. Mariæ Virg. Festivitas Assumptionis die 18. Januarij antiquitus celebratur, vt pluribus D. Joann. Mavillon, *de Liturgia Gallica* ( Edit. Lutetix Parisior 1685. in 4. ) *lib. 2. legend. 22. in Festivitatib. S. Mariæ in Notis, & Observation.*

128 Et de S. Jacobi in Hispanias prædicatione quando fuit hæsitatum? Post annum 1596. Nam hoc anno edidit Thomas Stepletonus Author Anglus, librum *de Magnitudine Romane Ecclesie, & lib. 1. hæc habet: „ Verum, & indubitatum est toto terrarum „ Orbe veluti in Provincias distributo, facta pri- „ mum in Iudæa, & Samaria divini Evangelij præ- „ dicatione iuxta ordinem à Christo præscriptum „ Petrum in Italia, Paulum in Græcia, Andræam in „ in Achaia, Joannem in Afsia, JACOBUM IN „ HISPANIA, &c. hoc Christi Evangelium, cuius „ caput Roma, latissimè propagasse. Et illa clausula autoritate S. Concilij Tridentini, & Sanctissimæ Domini Papæ Pij V. in lectionibus Breviarij Romani apposita die 25. Julij, *Peragrata Hispania, ibique prædicato Evangelio*, fuit ad Traditionem Ecclesiarum Hispaniæ à SS. Clemente VIII. anno 1602. mutata*



*Hispaniam adijſſe Eccleſiarum illius Provincia traditio eſt.* Et ſic de Jacobeo ad Hispanias adventu Traditione Hispanica nulla vnquam fuit hæſitatio. Immo ſecuta Hispanicarum Eccleſiarum ſupplicatione coram SS. D. Papa Urbano VIII. fuit redintegrata affirmatiua absolute in Breviario, ſicut à SS. Pio V. vel æquivalenter fuit conceſſa.

129 Et de lectionibus Breviarij Romane die 15. Auguſti in ordine ad Aſſumptionem Sanctiſſimæ Deiparæ corpore, & anima in Cœlum quid legebatur Antiquitus? Dicere vereor, ſed vt verum fatear ſub dubitatione hoc Myſterium in tota Eccleſia legebatur. Eo quia inter ſcripta S. Hieronymi inventus fuit ſermo de Aſſumptione B. M. V. ex quo fuerunt lectiones depromptæ: & nemo eſt qui neſciat quantum S. Hieronymo Eccleſia tribuat. *Can. Sancta Romana, Diſt. 15.* Cunque poſtea fuit patefactum illum ſermonem non eſſe S. Hieronymi; ſed Eusebij vt PP. Congregationis Sancti Mauri, tom. 5. col. 78. vsq. ad col. 88. cenſent ideo ab Eccleſia affirmativa huius Myſterij ex Sancti Damasceni ſcriptis fuerunt lectiones Breviarij depromptæ. Nec eſt hodie penſandum de illa antiquiſſimis temporibus dubitatione; ſed hodie hoc Myſterium totis viribus colendum.

130 Audi Frat. Jacobum Iazinthum Serri, Ord. Predicat. *Exercitationes Hiſtorica, Exercitat. 66. de B. M. V. corpore, & anima in Cœlos Aſſumptione,* Edit. Venetijs 1719. in 4. inter alia hæc habet: *Eccleſiam ipſam eum crediti Hieronymi ſermonem inter precum officia olim recitantem, hoc idem orando profeſſam eſſe, quod illo ſermonem continetur: Incertam ſcilicet eſſe, dubiamque corpoream Virginis Aſſumptionem.* Sit ita porro ac de ipſa tunc temporis dubitarit Eccleſia: Ex quo tamen nobis à Deo acceptis luminibus, du-

bitationem excusit, reiectoque spureo fermone, eas Patrum humilias legere cepit, quibus corpoream Virginis Assumptionem publicè profitetur, & colit: pietatem quoque nostram, ac Religionem, vt idem profiteamur, atque colamus inducit. Neque pensanda modo pristina Ecclesiæ, si qua olim fuerat dubitatio; sed hodierna profelsio, *piæque credulitas emulandaque est.* Hactenus Serri.

131 *Est igitur Mater* (id est Maria Virgo) *cum Filio* (id est Christo Domino) non solum spiritu, de quo vel tenuis dubitatio non habetur, sed etiam corpore, quod nimirum incredibile non videtur: quia etsi hoc scriptura Canonica non clamat evidentibus documentis, ad hoc tamen pia fides adducitur verisimilibus argumentis: quod etsi non satis probat quis in verbo, & scientia repentinus, illud tamen dignum credi noster ille asserit Augustinus. Nec est molestum Angelis, si cum Sponso Sponsam Matrem cum Filio Thronum vident regium obtinere, & quem prius in gremio, in cœlesti solio nunc tenere: si humanam carnem vident supra se in Matre, & Filio gloriosius honorari, & apud nos inchoatas foelicitate, illic foelicius nuptias consummari. Hactenus D. Philippus Abbas Bonæ Spei, Ord. Præmonstratens. *in Cantica Canticor. lib. 6. cap. 50. pag. 285. col. 1.* Edit. Duazi 1621. in fol. Idem firmant S. Joan. Damascen. *Orat. 1. de Dormitione Deiparæ*, & P. Suarez, *tom. 2. in 3. part. D. Thom. disp. 21. sect. in fin.* P. Anton. Balinghen, *Sac. Script. in locos communes digesta Verbo Maria*, cap. 15. §. 13. ad illa verba Lucæ 22. *Exierunt obiam Sponso, & Sponse.* D. Stéphanus Salazar, *Genealogia Iesu Christi, &c. lib. 1. num. 39. ibi: Assumptionem, denique ad filium (degustata quidem morte, sed mox vita restituta) in anima pariter, & corpore.*

Demum Frat. Ambros. Gardebofc, Carmelitanus Ap-  
pamiensis, *Synopsis Histor. Ecclesiast. part. 1. lib. 1. dis-  
sertat. 2. q. 4. resolut. unic. Virgo Deipara verè resur-  
rexit, & in Cœlum assumpta est: fides tamen illius Mys-  
terij non viguit in Ecclesia ante quintum sæculum.* Frat.  
Isidor. à S. Ægidio, *Corona stellar. duodacim, stella 9.  
radius 2. à n. 746. vsq. ad 756.* Edit. Antwerp. 1685.  
D. Joseph. Ortiz Cantero, *Director. Catechisti, tom. 1.  
lib. 2. cap. 5. à n. 639. vsq. ad n. 643. exclusivè.*

132 Ergo licet Traditio non habeat Scripto-  
res cœvos, qui de aliqua re meminerint; nec adhuc  
quando post multa sæcula non solum multi PP. ve-  
rum, & Ecclesia dubitarit, vt vidimus in Myfterio  
Assumptionis B. M. Virginis corpore, & anima  
in Cœlum; tamen quasi de fide credenda est hodie  
dicta Apostolica Traditio, ad tradita supra cum Fag-  
nano.

133 Cur ergo (proportione servata) non cre-  
dent Critici Marianum ad Hispanos adventum cum  
hæc pia Traditio Apostolica, illæsa semper fuit ser-  
vata, nec ab vllis SS. Patribus in controversiam ad-  
ducta, & demum à Sacra Rituum Congregatione  
approbata, ac in Cæsaraugustana Diœcesi ab omni-  
bus, tam Regularibus, quam Sæcularibus in lectio-  
nibus Breviarij die 12. Octobris reposita ita vt om-  
nes eam recitare possint, & debeant annuente Sanc-  
tissimo Domino Pontifice Innocentio XIII.?

134 Si Critices solum scripturæ credit ita vt  
hæc sola, *Criterion. indubitabile, idest forum, ubi præ-  
dicatur eius*, vt ait M. Gravina de *Præscript. cap. 7. pag.  
33.* ab eis iudicatur; cum quo concordat illud Poema  
Hispanum:

El Critico desdichado,

A lo presente ceñido,

Lo que no vè es su olvido,

Y lo que vè su cuydado.

Quibus aludere videtur illud Martialis, *lib. 12. Epigr. 63. ad Catullum:*

*Heredem tibi me, Catulle, dicis,*

*Non credam, nisi legero, Catulle.*

*Levis admodum, & nullius ponderis argumentatio, ut ait Guefnay, de Appulsu Magdalene in Massil. cap. 36. sed peculiaris nostrorum temporum Novatoribus, qui in promptu habent, ut negent, quidquid in scripturis non reperitur expressum.*

135 Nam Magorum Pharaonis nomina in toto Veteri Testamento non exprimuntur. Ergo non appellantur Jannes, & Mambres? Est hæresis; quia sic appellantur in Novo Testamento à solo, unicaque vice, Gentium Apostolo, 2. *ad Timotheum, cap. 3. v. 8. Quæmadmodum enim Iannes, & Mambres resistunt Moyse, &c.* Ergo silentium in Veteri Testamento nihil officit, ut de fide credamus, quod in novo dicitur Testamento.

136 Sed respondent dicendo: Quod iam datur scriptura scilicet Novi Testamenti in qua ipsa nomina apertè exprimuntur, & sic nihil mirum quod scripturæ, utpote *Criterion. indubitabile*, credant.

137 Nam hæc responsio apertè illis est refractaria. Nam intra terminos prolixos viginti sæculorum nulla fuit scriptura nominum Magorum Moyse resistentium. Ubi mansit notitia nominum dictorum? Non in chartis, non in libris, non in vlllo Monumento, sed in Traditione. S. Chrysoptom. hic, *Homil. 8. col. 1412. Edit. Parisijs 1556.*

138 Quæmadmodum autem inquit Ioannes, & Iambres resistuerunt Moyse: ita & isti veritati homines mente corrupti: *Quoniam isti sunt?* (interrogat Chry-

Chrysoftomus) & ipse respondet Magi scilicet, & qui signa in Ægipto fecisse leguntur: Quomodo autem nusquam alibi ipsorum nomina inveniuntur? Ea velex TRADITIONE, velex spiritu Paulum didicisse fas fuit.

139 Cornel. Alapide hic. Ita scilicet *Iannes*, & *Mambres* legunt Rom. Platin. Anselm. & alij. Verum Regia Græca, Syra, & Numenius, apud Eusebi, *lib. 9. de Præparat. Evang. cap. 3.* legunt: *Iannes*, & *Iambres*. Quæ res vnde ea didicerit Paulus? Digo ergo, hæc nomina Paulum didicisse *Traditione*, vel certè inspiratione Spiritus Sancti, qui hæc ei dictabat. Ita S. Chrysoft. Theophil. & alij. Verè enim ita vocatos fuisse hos Magos docet quoque numerus Pitagoricus, apud Eusebium *loco citato*. Ergo, defectus scriptorum cœvorum primi sæculi non officit Traditioni Apostolicæ in ordine ad Mysterium Assumptionis B. M. V. corpore, & anima in Cœlum: Ergo, (& serpatà paritate) nec Traditioni Apostolicæ Columnatæ Deiparæ.

140 Dicit valet quod Author libri, vel Opusculi *Voz da verdade*, &c. huiuscæ Apostolicæ Traditionis Mariæ Virginis à *Columna* est refractarius. Sed respondetur: quod huiuscæ Critici negativa non officit nostræ Traditioni; nec eum sequuntur perdocti, sed Traditionem enixe complexi sunt. Nec caret exemplo. Ephesina Civitas ex traditione habet Sacratissimam Deiparam, dum in humanis erat in illi Civitate extitisse: Concil. Ephesinum habuit ante oculos dictam Traditionem cui propenduit, non obstantè S. Epiphaniij doctrina in contrarium dicenti Mariam Deiparam in Epheso non adfuisse, vt ait S. Cyril. Alexandr. *in Prefac. ad Syn.*

141 Sacræ Synodo Religiosissimo Clero, Po-

pu-



puloque Constantinopolitano S. D. ita inquit. Nemo unquam Creatori suo obfistere ausus divinam vindictam evasit. Quare Nestorius impiè hæreseos instaurator, in *Ephesiorum Civitate, quam Ioannes Theologus, & Sacra Deipara Maria quandoque incoluerunt, constitutus, à Sactum Patrum Episcoporum cætu vltro se ipsum ab alienans, post trinam citationem Sacræ Synodi sententia, divinoque Sanctorum Patrum iudicio condemnatus, omnique Sacerdotali dignitate excitus est. Hactenus S. Cyril. Alex. Concilij Ephesini Præses.*

142 Idem ait D. Ezquerra, *sup. citatus, Gressus 19. cap. unico, ibi: „ Esta venida de la Virgen à Efeso, „ lo, tiene por fundamento vna clausula de vna carta „ del Concilio Efesino, ( Conc. Ephes. tom. 2. cap. 26. ) „ que escrivieron al Estado Ecclesiastico de Constantinopla, que dize asì: Porque estando Nestorio, impio renovador de las heregias, en la Ciudad de Efeso, en la qual vn tiempo havitaron Juan el Theologo, y la Sagrada Virgen Madre de Dios Maria, &c. ( diò la antigüedad al Santo Evangelista el renombre de Theogo, por la grandeza, y profundidad de los Divinos Mysterios que escriviò ) no se embarazaron los Padres del Concilio en lo que parece echò menos San Epifanio, que fuè, que los Escritores Ecclesiasticos no huviesen hecho memoria de esta venida; porque juzgaron, que la Tradicion que hallaron en Efeso de Padres à hijos, tenia mas authoridad, que vno, ni dos Escritores, por graves que sean, ( Nota sequentia ) dexando maravilloso exemplo à los successores de la veneracion que se ha de tener à las Tradiciones antiguas, y piadosas: Et præcipuè nostræ Pilarensi vtpote Apostolicæ.*

143 Præterea, hoc certum viderur ex his quæ tra-

tradit Historia, scilicet Beatissimam Virginem S. Apostolo Jacobo triplicem promissionem fecisse, ibi: *Circa cuius situm Capella Altare locabis, in quo presertim loco, precibus, ac reverentia mea, signa, & mirabilia Altissimi virtus operabitur admiranda: illis nimirum, qui in suis necessitatibus meum auxilium implorabunt.* 2. ibi: *Eritque Pilare istud in loco isto, usque in finem Mundi.* 3. *Et Christum colentes nunquam ex hoc Urbe deficient.* Et hæc omnia hæcenus sunt adimpleta.

144 Primum mirabilia quæ ibidem Deus operatur expressum videmus, & attestatum in Calixti III. Bulla, necnon, & in Ferdinandi Catholici Privilegio. Ubi inibi multa, ac penè infinita miracula diètim fiunt, tradita supra num. 62. Et de miraculo cruris pueri Joannis Michaelis ex Oppido de Calanda de quo meminimus, supra dict. n. 62. & novissime Bollandi continuatores, *Acta Iulij, tom. 6. die 25. de Iulij*, de Sancto Apostolo Jacobo Maiore, in Appendice de Cæsaraugustanæ Deiparæ Imagine, quam S. Jacobus erexisse, traditur §. 2. & punctim à n. 576. & §. 3. *sententiam ad litteram scripsit à n. 583.* addo quod hoc disputatum fuit exactissimè, coram Illmo. D. D. Petro Apaolaza, Archiepiscopo Cæsaraugustano, & novem Sacræ Theologiæ, & vtriusque Iurisprudentiæ Doctoribus. Doct. Antonius Xavierre, Prior Sanctæ Christinæ. Doct. Virto de Vera, Archipræbiter Cæsaraugustanus. Doct. Didacus Chueca, Canonic. Magistr. Cæsaraugust. Doct. Martin. Iribarne, Canonic. Lectoral. Cæsaraug. Doct. Dominicus Cebrian, Cathedraticus Primarius Theolog. Doct. Philippus à Bardaxi, Sacror. Canon. Primar. Interpres. Doct. Joann. Perat. Canonic. Sanct. Metropol. Eccles. Vicar. General. & Official. Doct. Joann. Plano à Frago Official. Frat. Bartholomæus

Toyas, Ord. S. Francisci, Provincialis, vt latè tradit  
 D. D. Didacus Anton. Francès de Urritigoiti, Archi-  
 præsbyter Darocensis S. Metropolitan. Ecclef. Cæsar-  
 augustanæ, à Consilijs D. Hispaniarum Regis Philip-  
 pi Quarti, Cancellarius, & Iudex Competentiarum  
 Regni Arag. necnon Rector seu Gubernator. Hospi-  
 talis Regij, & Generalis B. Mariæ de Gratia, eius-  
 dem Civitatis, *in lib. Forum conscientie, sive Pastora-*  
*le internum, part. 3. voto 12. cuius Epigraphè: Mira-*  
*culum quid sit, quæ requisita habere debeat, quæque for-*  
*ma servanda sit ad illius qualificationem.* Hic omnes ra-  
 tiones dubitandi propositas, ac resolutas invenies,  
 ac demum ad litteram sententiam supra laudati Pe-  
 tri Archiepiscopi ab eadem cum supradictis firmata.  
 „ Quod (miraculum) etiam (vt ait D. Joann. Chry-  
 „ sostomus de Vargas Machuca, *supra laudatus ad n.*  
 „ 17. *in fine pag. 461.*) Clemens X. qualificavit con-  
 „ cessa Indulgentia plenaria in articulo mortis por-  
 „ tantibus effigiem Æream, vulgo dicuntur *Medalla,*  
 „ in qua in vna parte signata est Deipara Virgo super  
 „ Columna, cum Divo Jacobo loquens, & in alia  
 „ parte dictum crus dicti iuvenis vnitum cum parti-  
 „ cula cui facta fuit vnio, (& rara res est) quoniam  
 „ illud miraculum quod evenerat per modum facti  
 „ transeuntis, mansit facti permanentis, quoniam  
 „ in ipsa vnionis parte, vestigium permanens adest,  
 „ oculis subiectum quadam linea ipsam vnionem de-  
 „ notante (vt ipse vidi) cum populo magno. Hacten-  
 „ us Vargas Machuca. Nota quod præsentis anno  
 Emin. Card. Toleti Excellent. D. D. Didacus de Af-  
 torga & Cespedes, Primatus Hispaniarum, centum  
 dies Indulgentiæ concessit cuicumque recitanti coram  
 Deiparæ Imagine omnis horis diei Salutationem An-  
 gelicam. Emin. Cardin. Milini, Nuntius Hispania-  
 rum;



rum, die 12. Octobris, anno 1685. concessit centum dies Indulgentiæ, Salutantibus Imaginem Mariæ à Columna, quacunq;ue horologij hora. Ex tunc inchoavit mos portandi in anulis Sacratissimam Imaginem B.M.V. à Columna: Et sic ex hoc anno nostræ Mariæ de Pilari Imagines, vnaquaque hora salutando cum *Ave Maria*, ducenti dies lucrantur Indulgentiæ.

145 Nec solum miracula, pro salute corporum ibi patrata sunt multa: multo plura sunt pro salute animorum, vt ait P. Ezquerria, *supra laudatus*, *Gressus 17. in fine*, ibi: „ Cierro este discurso, per  
„ suadiendome à que, si son infinitos, ò innumera-  
„ bles los milagros corporales, que la Virgen ha he-  
„ cho, y hace en esta su Iglesia Angelical, y Apосто-  
„ lica ( como queda probado ) lo son tambien los es-  
„ pirituales, tanto de mayor estimacion, y aprecio,  
„ quanto es mas preciosa el alma, que el cuerpo, y los  
„ bienes eternos, que los temporales, y quanto es  
„ mayor cosa vivificar las almas, que resucitar los  
„ cuerpos; y à pedir estas mercedes, suplico yo à la  
„ Serenissima Señora nuestra, incline à todos los  
„ necesitados, que el alcanzarselas corre por la segu-  
„ ridad, y firmeza de su infatigable piedad. Ob id  
S. Gregor. *Homil. 29. in Evangel.* de hisce miraculis ait: *Quæ nimirum miracula tanto maiora sunt, quanto spiritualia, tanto maiora sunt, quanto per hæc non corpora, sed anima suscitantur, &c.*

146 Secunda promissio fuit hæc: *Eritque Pilare istud in loco isto, vsque in finem Mundi.* Quæ quidem hæctenus est adimpleta, vt ait P. Ezquerria, *vbi supra*, in illis verbis: „ Y sea vno de ellos ( id est vnus „ Miraculorum ) y no el menor, el haverse conserva-  
„ do la Columna, y Santa Imagen en el pueſto, y  
„ sitio donde las dexò la Virgen, mil quinientos y  
„ ochenta

,, ochenta y seis años ha, quando esto se escribe, sin  
 ,, que ni las inundaciones de los Gentiles, Hereges,  
 ,, y Mahometanos las ayan anegado, ni movido de  
 ,, su lugar, que es la segunda promesa de la Virgen:  
 ,, Y sea este milagro el ancora de Zaragoza, de que  
 ,, esta Columna, y esta Imagen durarán en ella hasta  
 ,, la fin del Mundo. ,, En tiempo de los Moros (ait  
 ,, Prades, *lib.2. de Adoratione Imaginum, cap. 5. §. 1.*)  
 ,, no tuvo necesidad de que la escondiesse . . . por-  
 ,, que no se acercaba Moro, que arrebatadamente  
 ,, no muriesse. ,, De aqui ha resultado (ait *serua Dei*  
 ,, *Maria à Iesu de Agreda, ubi supra*) la maravilla,  
 ,, que todos los Fieles Catholicos reconocen, de ha-  
 ,, verse conservado aquel Santuario ileso, y tan in-  
 ,, tacto, por mas de mil y seiscientos años, entre la  
 ,, perfidia de los Judios, la idolatria de los Roma-  
 ,, nos, la heregia de los Arrianos, y la barbara furia  
 ,, de los Moros, y Paganos: Y fuera mayor la admi-  
 ,, racion de los Christianos, si en particular tuvieran  
 ,, noticia de los arbitrios, y medios, que todo el in-  
 ,, fierno ha fabricado para destruir este Santuario, por  
 ,, medio de los Infeles, y Naciones.

147 Nec est absque exemplo: De Ecclesia S.  
 Petri Romæ, ab Anacleto Papa ædificata, hoc idem  
 firmat Spondanus, *Epitome ad Baron. anno Christi 105.*  
*pag. 108. col. 2.* S. Clemens Papa, & Martyr, vt le-  
 gitur *in Martyr. Roman. die 23. Novemb.* & in eius-  
 dem Officio, lect. 6. ex mandato Traiani Imperatoris  
 eiectum fuit corpus ad mare, vbi fabricatum fuit Tem-  
 plum marmoreum, & sarcophagus aut vrna reliquia-  
 rum. S. Felix Præsbiter, & Martyr, vt ait *Martyrol.*  
*Roman. 14. Ianuar.* & in eiusdem Officio, lect. 9. à  
 persecutoribus fuit liberatus, vel instanter, araneorum  
 tela coopertus: Si plura alia exempla videre cupis, V.



Illm. Arbiol, *in lib. saepe laudato Hisp. Felix, &c. part. 2. reflex. 17. consulat.*

148 Et, si omnia supradicta parva tibi videntur, nec eis acquiescis, quia te non movent. Interrogo Sanctum Coenaculum, primum Mundi Templum, ab ipsomet Iesu Christo Redemptore nostro sacratum, quis eum à prima Ecclesiæ persecutione, quæ vt grandis ponderat Lucas, *Actor. cap. 8. v. 1.* ab impetu Iudæorum exemit? Tua responsio pro Coenaculo, erit mea pro Sacello Deiparæ Columnatæ. Et, si replicares, primam Ecclesiæ persecutionem, non diu durasse, quantum Cæsaraugustæ Tyrannides, iam Romanorum, iam Vandalum, &c. Eo quia Lucas denotat vna die, ibi: *Facta est*, illa die, *persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis, &c.* Respondeo, quod qui per breve tempus liberavit ab impetu Iudæorum Coenaculum; Deiparæ Columnatæ Sacellum potuit eximere ab arrogancia Romanorum, per omnia sæcula sæculorum.

149 Tertia promissio, etiam est adimpleta, vt ultra plurimos docet P. Ezquerra, *vbi nuper*, ibi: „ La „ tercera cosa que prometió la Virgen, fuè, que no „ faltarian en esta Ciudad personas, que adorassen „ el nombre de Christo hasta la fin del Mundo; y si „ en las rigurosas persecuciones, que quedan dichas, „ se agotaron en Zaragoza los Tyranos, los Verdugos, las penas, y las muertes; y sobraron Varones, y mugeres fortísimas, y animos valerosos para padecerlas, bien podemos esperar que no faltarán, antes se irá multiplicando esta gloriosa semilla hasta la fin del Mundo. Ex quibus non parva coniectura deduci valet, nostram Traditionem esse Apostolicam, modo supradicto.

150 Hoc idem apertius explicatur ex traditis

à R. P. Frat. Anton. Hebrera, *ubi supr.* §. 5. ibi  
 ,, Llegò el año de 414. del Nacimiento de Christo,  
 ,, en que viò nuestra España llena de affombro, y  
 ,, de espanto, la furiosa entrada de los Godos, que  
 ,, en pocos años la inundaron con su sangre, y la  
 ,, de los Romanos, hasta poseerla enteramente, y  
 ,, coronar por su Rey à Aaulfo, que puso primera-  
 ,, mente su Solio en Barcelona. Tuvo este Imperio,  
 ,, en España, la duracion de trecentos años, que  
 ,, son los que corrieron desde el afortunado Aaulfo,  
 ,, hasta el fatalissimo Rey Godo Don Rodrigo, que  
 ,, en el año de 714. anochechiò con la pèrdida de Es-  
 ,, paña, y la suya y todà la Gloria de su fortissima  
 ,, Nacion.

151 ,, Entraron en Zaragoza los Moros, des-  
 ,, pues de vn largo assedio, en el año de 716. con-  
 ,, forme al calculo mas cabal; y con el terror de los  
 ,, Barbaros, y victoriosos, se hicieron luego dueños  
 ,, de esta Provincia. Quedaron muchos Christianos  
 ,, Catholicos en la Ciudad, y en virtud de los Pactos,  
 ,, y satisfaccion de los Tributos, que los Moros les  
 ,, impusieron, reducidos à Barrios, que les señala-  
 ,, ron, comprehendiendo en su distrito al Santo  
 ,, Templo de Nuestra Señora del Pilar: las palabras  
 ,, vltimas que la Soberana Reyna dixo à su amado  
 ,, Apostol, fueron en esta misma formalidad: *Y esta-  
 ra el Pilar en este lugar hasta el fin del Mundo, y nunca  
 faltará en esta Ciudad quien honre el Nombre de Jesu  
 Christo mi Hijo.* Cumpliòse con tan grandes prodi-  
 ,, gios este Vaticinio Sagrado, que habiendo hecho  
 ,, Corte suya, los Reyes Moros, à esta felicissima  
 ,, Ciudad, nunca pudieron sus infernales iras, ni ex-  
 ,, tinguir el nombre Christiano, ni apagar el culto  
 ,, fervoroso en la Santa Capilla, ni profanar su Divi-

,, no Alcazar. Quatrocientos y dos años gimiò Zara-  
 ,, goza baxo el torpe , pesado yugo de los Sarracenos,  
 ,, y en confirmacion de la Profecia de la Virgen,  
 ,, contestan infinitos Autores Antiguos , y Moder-  
 ,, nos , propios , y estraños , lo mismo que vna gran  
 ,, Pluma dexò escrito, con estas clausulas:

152 ,, Y en tiempo de los Moros , enemigos  
 ,, de nuestra Santa Fè , no tuvo necesidad la Virgen  
 ,, del Pilar , de que la escondiessen los hombres ; an-  
 ,, tes bien , esta librò à los que mas estaban debaxo  
 ,, su amparo : y se conservò , y preservò à si misma,  
 ,, de la fuerte , que oy està , con grande renombre fu-  
 ,, yo , como el Arca del Testamento estre sus enemi-  
 ,, gos Filisteos ; porque no se acercaba Morò alguno,  
 ,, con animo enemigo à ella, que no muriesse muerte  
 ,, arrebatada.

153 ,, Passado no menos tiempo , que quatro  
 ,, siglòs , vino el deseado dia , en el año 1118. de  
 ,, romper esta Ciudad Catholica la tristissima pesada  
 ,, cadena de su misera servidumbre , poniendola en  
 ,, libertad el Rey de Aragon , y Emperador de Espa-  
 ,, ña Don Alonso el Primero , de quien se escribe ha-  
 ,, ver ganado à los Moros veinte y nuève Batallas  
 ,, campales , y merecido por esso el renombre glo-  
 ,, rioso de Batallador. Como cordialmente agrade-  
 ,, cido , este Piissimo Christiano Marte , à las podero-  
 ,, sas influencias de nuestra Belona Soberana , aplicò  
 ,, desde luego sus fervorosos cuydados à la repara-  
 ,, cion del Santo Templo , à la hermosura de su pe-  
 ,, queña Fabrica , y suplemento abundantissimo de  
 ,, vn Todo , que le faltaba para el culto , para los  
 ,, Altares , para la Sacristia , y Ministros de aquella  
 ,, Venerable Iglesia, y mas decente ornato de la San-  
 ,, ta Capilla. Consta con mas dilatacion todo lo di-

„ cho por Escritura de Don Pedro Librana , primer  
 „ Obispo de Zaragoza , en esta misma Restauracion,  
 „ puesto por su Conquistador el Rey Don Alonso. Y  
 „ para aumento de nuestra devocion , ò bien para  
 „ confusion de nuestra tibieza , advierte este Gran  
 „ Prelado , que nunca faltaron Sacerdotes , y Minis-  
 „ tros Ecclesiasticos à las asistencias del Culto Divi-  
 „ y veneracion de la Santa Imagen de Nuestra Seño-  
 „ ra del Pilar , ni por el dia , ni por la noche , en tan-  
 „ tos siglos de cautiverio en poder de tan torpe Bar-  
 „ baridad. Hactenus Hebrera.

154 Publius Dacianus, anno 284. vel paulo  
 post ( hoc enim anno imperavit Romam infernalis  
 homo, & vt vno verbo dicam *Dioclecianus*, qui Chris-  
 tianos, & Tempa tam graviter persecutus fuit ) fuit  
 Præses in partibus Hispaniæ, & venit Cæsaraugustam.  
 Maior eiusdem Civitatis pars erat Christianorum.  
 Hoc apertè confirmatur celeberrimo , ac glorioso  
 triumpho nostræ sanctæ fides, vbi intra terminos, vel  
 distritum Portæ, (vulgo Cineja) & Portæ Sanctæ  
 Engratiæ innumeri passi sunt , sic declaravit Eccle-  
 sia die 3. Novemb. *Innumerabilium Martyrum Cæsaraugustæ*.  
 Si tot in persecutione : quot erunt in pacis  
 tranquillitate ? Cum enim hæc omnia videmus hæcte-  
 nus ex asse adimpleta , ne miretur Criticus quod nos-  
 træ Traditione vt Apostolicæ modo supra proposito  
 credamus. Adhuc hæsitant Critici ? Quod Dominus  
 duobus Discipulis Joannis Baptistæ eis dicemus ; qui  
 interrogantes Christo Domino Joan. 1. v. 39. *Magis-  
 ter, vbi habitas ?* Respondit eis : *Venite, & videte. Al-  
 cuin. in Cath. D. Thom. Quasi diceret habitaculum meum  
 explicari non potest Sermone, sed opere demonstratur. O  
 Critici ! Venite, & videte, habitaculum Matris Dei,  
 Columnam, Sacellum, Imaginem, & videte quomo-  
 do,*

do, hæc omnia clamant pro nostra Traditione, utpote opus Altissimi, ac suæ Matris ad confusionem inimicorum, solatium fidelium afflictorum, & Propugnaculum Christianæ fidei.

155 *Venite, & videte*, Sacellum totum cœleste: *Cuius Fani tanta fuit*, ac nunc est Religio, ut cum illuc eamus; non ad *Adem Virginis*, sed ad ipsam *Virginem videamur proficisci*. Blancas, *Hisp. Illustr. pag. 642. Venite, & videte*. Angelicam Columnam de qua *Guilielm. Guppemberg, Atlas Marian. Imag. 231. ibi: Miraculosam esse constat Orbi Columnam odore Cœlesti imbutam odorum artifices testantur. Venite, & videte*. Nam si: *Descendit (Genes. 11. v. 5.) ut videret Civitatem, & Turrim, quam edificabant filij Adam; & eiusdem scientiam infinitam nemo ignorat: Ut doceamur, moneamurque (ait Phil. lib. de confusione linguar) ne quis homo de absentibus rebus, & incertis putet, se posse certam coniecturam facere; sed proprijs introspecto negotio diligenter cuncta perlustret: visus enim certus potius, fallax auditus testis adhibendus est.*

156 *Veni, ò Critice, & vide, & nolli esse incredulus, sed fidelis; quia nostram Traditionem Ecclesia approbat: Et iuxta Irenæum, lib. 3. cap. 4. Non oportet apud alios querere veritatem, quam facile est ab Ecclesia summere. Non nobis (Critice) non nobis, sed nomini tuo da gloriam, criticum errorem despicendo. Nam, quando in aliquam sententiam circarem gravem, communiter Authores conveniunt argumentum faciunt adeo probabile, ut illis contradicere valde temerarium sit. Verba sunt Illmi. Melchior. Can. de locis Theolog. lib. 8. cap. 4. Communis, & receptæ bonorum opinioni contradicere, aut nimium est arrogantis, aut præpostere sapientis, aut alioqui vane, & insulse curio-*



*riofi*, ut ait P. Petrus Canif. *Maria Deipara*, lib. 5. cap. 22. Quibus sic iactatis Author primum Anagramma sic inchoat.

Ad Num. I. *Matri Admirabili.*

157

**M**ATRI omnium rerum, S. Anselm. de *Excellentia Virginitate*, cap. II. Sicut ergo Deus sua potentia cuncta creando Pater, & Deus omnium: Ita Beata, & Dei Genitrix Maria suis meritis cuncta reparando Mater est, & Domina rerum.

158

Plus est esse Dei Matrem, quam Dominam omnium rerum, S. Bernardin. Senensis, tom. 3. *Serm. 3. Artic. 2. cap. 1. pag. 88.* Maius est enim (ait) quod ipsa sit Mater Dei; quam quod Domina creaturarum Dei: Hoc enim dependet ab illo, sicut ramus à radice sua.

159

Critici voluntarij dicere valent: hoc non venire ad intentum, quod est Historia Deiparæ Columnatæ, ac eiusdem Traditio, ac in eandem Imaginem Elogia, & Laudes. Sed Mariæ laudes, qui scribit, nihil invium, nihil devium, nihil importunum agit. Et ut Ven. Patris Eusebij Nierembergij, *Opera Parthenica*, Edit. Lugduni 1659. mutuem verba, pag. 384. *Delector enim in Marianis laudibus, ad quarum dulcissimam armoniam divertor, sive importunè, sive oportunè occurrant. Patientiam habe in me, & sive (ad Historiam Pilarensen) spectent, sive non, laudes Deiparæ sunt.*

160

Maria, ut ait S. Hieronym. de *Nominib. Hebreor.* est idem ac *Illuminatrix mea*: Et nemo ut ego indiget. *Dedit tibi Maria* (ait Idiota *Contempl. Virg.*

cap.

cap. 5.) *tota Trinitas nomen, quod post nomen filij tui, est super omne nomen: ut in nomine tuo omne genu flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum.* Hoc nomen super omnia Sanctorum nomina reficit laxos, sanat languidos, illuminat cœcos: penetrat duros, vngit Agonisthas Iugum Diaboli strudit: tantæ virtutis, & excellentiæ est, vt ad eius invocationem Cœlum rideat, terra lætetur, Angeli gaudeant, demones contremiscant, & infernus turbetur. Dicitur, Prov. 20. *Lucerna Domini spiraculum hominis: sic etiam dicere tibi possumus. Lucerna Domini, id est Maria (quæ Doctrina, & Magistra Maris interpretaris) spiraculum hominis, quia peccator, (vt ego) per te respirat, spe gratiæ, & veniæ.* Alcuin. in serm. B. Mariæ: *Gloriosa (inquit) dicta sunt de te Genitrix Dei, sed adhuc locus est tuæ laudationi: adhuc in tuis laudibus omnis lingua balbutit: non sunt loquelæ, neque sermones in omni Natione, quæ sub cœlo est, quibus amplitudo gloriæ tuæ ad plenum valeat explicari: O Magna, ò Pia, ò Multum Amabilis Maria! Tu nec nominari quidem potes, quin accendas: nec cogitari, quin recrees affectum diligentium te: tu nunquam sine dulcedine Divinitus tibi insita piæ memoriæ portus ingrederis: Mariæ nomen (ait Thom. Kemp. serm. ad Novitios) cor magis durum trajicit, pectora saxo duriora emmollit, amoris flammam excitat, ac cor hominis recreat.*

161 Superat ergo (ait S. Anselm. lib. de Excellent. Virgin. cap. 4.) omnium rerum creatarum amores, & dulcedines magnitudo amoris istius Virginis, in filium suum, & dulcedinis immensitas qua exellebat, & liquefiebat anima eius in eundem Dominum Deum suum. Itaque cui saltim concessum fuerit, sæpè dulci studio posse cogitare de illa, mag-

num promerendæ salutis inditium esse coniecto.

162 *Admirabili.* Hoc elogium datur in littania Lauretana. Consulendi sunt Fr. Justinus Michoviensis, Ord. Prædicat. in *Littaniam Lauretanam*, tom. 2. *Discurs.* 196. Fr. Andræas Mastelloni, Carmelitanus, *ibid.* lib. 1. *lectio* 13. P. Sylvester Petra-Sancta, Soc. Ies. *ibid.* p. 73. vsq. ad 78. Edit. Romæ 1648. in 8. P. D. Ioann. Bapt. Justiniani, Cleric. Regular. in *suo lib. Templum Lauretanum*, *ibid.* tom. 2. *lect.* 3. Edit. Neapol. 1655. in 4. Quare *Admirabilis* titulus encomiaster, sit Mariæ Deiparæ, magnæ lætitiæ? Ex revelatione Jacobi Rhem, apud Michoviensem *ubi supr. in principio*, in illis verbis: „ Jacobus Rhem, Soc. Ies. „ Presbyter. P. V. Mariæ cultor eximius, per revelationem accepit hunc titulum *Mater Admirabilis*, „ præalijs Beatissimæ Virgini esse gratissimum, utpotè compendium omnium gratiarum, laudum, encomiorum quæ de tali Matre, & Virgine prædicari possunt, &c. ut narrat P. Antonius Balinghen, Soc. Ies. in *Kalendar. Sanctissimæ Virginis*, à Valerio Piquer, è latino in vulgari Idiomate donato Cæsaraugustæ, editum 1654. in 4. *die* 12. *Octob.* p. 325. „ Algunos fidedignos cuentan, (ait) que estando este Padre Rhem cierto dia deseosissimo de saber, „ qual fuesse el epitheto, y alabanza mas ventajosa, „ y agradable de quantas se dicen à la Virgen Santissima, le fuè revelado del Cielo, que el Apellido „ de mas agrado à la Virgen, era llamarla, *Madre „ Admirable, Mater Admirabilis*; porque es compendio de todos los Apellidos, que se dan à la Virgen; „ y assi, vn dia cantandose las Letanias de la Santissima Virgen en su Congregacion, que està en „ nuestro Colegio, quando llegò à cantarse aquel „ epitheto, *Mater Admirabilis*, se le representò à los „ ojos

„ojos la Santissima Virgen llena de indecible res-  
 „plandor , y al punto el Padre saliò del rincòn don-  
 „de solia recogerse para la Oracion , y puesto en  
 „medio de todos los Congregantes, à voces les dixo,  
 „que repitiesen tres vezes aquel santo Apellido de  
 „la Virgen , porque sabia quan agradable le era  
 „aquella alabanza.

163 Quis Pontifex Littanias instituit? Viden-  
 di P. Canisius *de Maria Deipara* , Edit. Lugd. 1584.  
*lib. 5. cap. 24. fol. 578. col. 2.* Jacobus Pignateli, *Con-*  
*sultationum tom. 5. consultat. 54.* Paulus Maria Quarti,  
 Cleric. Regular. *in Appendice, sect. 1. punct. 1. pag. 62.*  
*& punct. 4. pag. 65.* Quarum vsus (ait Emin. Card.  
 D. Ioan. Bona *de Divina Psalmodia, cap. 14. §. 4. pag.*  
*486. col. 1.* Edit. Antwerp. 1694. in fol.) multo ante  
 Gregorij Magni tempora viguisse, *libell. 1. de Lita-*  
*nijis (tom. 3. Oposculor.) cap. 4.* eruditissimè probat  
 Nicolaus Serarius , tot antiquorum PP. sententijs,  
 tot veteris Historiæ exemplis, tot validis rationum  
 momentis , vt nec eius diligentia quidquam addi  
 possit.

164 Nullus certus Author proferri potest, qui  
 Sanctorum Littanias primus invenerit , quamvis spe-  
 ciales quosdam , nempè maiores, quas vocant , in die  
 S. Marci à B. Gregorio Magno; triduanas vero roga-  
 tiones ante Dominicam Ascensionem à S. Mamercio  
 Episcopo Viennensi, circa annum Domini 452. insti-  
 tutas fuisse non contemnendi Authores afirment.  
 De vtraque institutione legendus Serarius *lib. 2. de*  
*Procession. cap. 7. & 8.* Et quod Littaniam Maiorem,  
 & Lauretanam, quibusdam diebus canerentur fuit  
 à SS. D. Papa Clemente VIII. ordinatum, vt aiunt  
 Dominicus Macro *Hyerolexicom Sacrum* , Edit. Vene-  
 tiji 1727. *Verbo Littania*, Fr. Bernard. Bisso *in Hie-*

*rurgia*, Edit. Romæ 1686. *eadem verbo Littania.*

165 Quis, & quo tempore fuit publicæ luci Littania Lauretana data? A P. Canisio omititur. Sentire volunt fuisse à Patribus Dominicanis ortam ex his quæ tradit Hypolitus Marracius Lucensis, *Pontificet Mariani, lib. unico, cap. 54. pag. 115.* de Innoc. Papa IV. Cum nescio quibus causis, esset in Ordinem Prædicatorum, & Franciscanos, nulla eorum culpa incitatus, & quibusdam etiam edictis eorum privilegia, & facultates impedisset, ij quidem ad cæleste auxilium implorandum, inter alias preces Littanias etiam quotidianas indixerunt, quæ dum Romæ à Fratibus Dominicanis in Ecclesia recitarentur, vni ex ipsis contigit, vt ipsam Virginem videret stantem vna cum filio, ita vt, ipso vultu eius familiæ mærorem, ac lachrymas, quas vberius fundebant, miseri videretur, & ad filium conversa hæc verba iterare: Fili exaudi eos, nec multo post, ipsum etiam Innocentium ferunt, morte iam imminente graviter pœnituisse, illaque verba ex Psalmo protulisse; propter iniquitatem corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam eius, statimque ex hac vita migrasse: Tum denique in Proverbium Aulæ Palatinæ abijisse, à Littanijs Prædicatorum, libera nos Domine.

166 Idem substantialiter animadvertit Frater Ioannes Villaseñor, Ordin. Prædicat. in libro Hispana lingua edito *Historia General de las Grandezas, y Excelencias de España*, Edit. Matriti 1681. in fol. pag. 418. n. 33. & indigitat esse Generalem Ordinis Humbertum, & accidisse anno 1274. & Littaniam fuisse B. Mariæ Virginis.

167 Fr. Hyacinthus Choquetius, Ord. Præd. libro *Maria Deipara in Ordinem Prædicatorum Viscera*



*Materna.* Antuerpiæ 1634. in 8. cap. 14. pag. 256. & 257. qui quidem supradicta confirmat: Sed ex hactenus dictis non demonstratur fuisse à Fratibus Ord. Prædicatorum recitatam Littaniam, quam hodie dicimus Lauretanam; sed solum recitasse preces Mariæ Deiparæ, & preces horariæ suo nomini sacrae sunt idem ac Officium B. Mariæ Virginis, vt ait idem Choquetius *ubi supr. cap. 25.* cuius epigraphe: *Preces horarias suo nomini sacras, Ordini Prædicator, quotidianas prodigijs ornat Maria: Demum Littaniam Fratrum Dominicanorum ad litteram affert Frat. Aloysius Fernandez, Annales del Rosario, lib. 8. cap. 28.* quæ quidem à Littania Lauretana penitus est diuersa.

168 Ex quibus cum R. Fratre Justino Michoviensi Polono, Ordin. Prædic. *Discursus Prædicabiles in Littaniam Lauretanam*, Edit. Lugd. 1660. tom. 1. *discurs. 1. num. 13.* dico: „Nos Littaniarum Maiorum nullum certum Authorem in Historijs inuenimus, sed eas quouis etiam vetustissimo Authore vetustiores dicimus: Deum ipsum Littaniarum Authorem facimus, *Joel 2. 15. Josue 6. 4. &c. Et num. 14.* Idem iudicium esto de Littania B. Mariæ Virginis Lauretanæ, quam præ manibus habemus. Hæc licet tam antiqua non sit, tamen, & vsu Ecclesiæ, & autoritate Pontificum est iam sufficienter confirmata. Quisnam fuerit Author, seu primus inventor illius compertum non habeo; fuisse quempiam doctum, pium, ac Religiosum virum, inde colligo, quod hæc Littania pium, ac valde rationabilem cultum B. Virginis continet.

Ad Num. 2. *Beanti ripam Iberi.*

169 **H**ic non in obscuro explicat, quod, *dum adhuc viveret*, venit Cæsaraugustam Hispaniæ; Et Iberij fluminis Ripas (vbi S. Apostolo Jacobo Maiori apparuit) beavit, id est, felicitavit sua præsentia, & sic dum in humanis erat, non incongrue exprimere voluit; aliter *beanti ripam Iberij* non diceret. Ut Pharmacopola non habens ad manus, quod petit Medicus ægroto. *Quid pro quo* tribuit: Sic Author in præsentiarum eodem modo utitur alijs verbis ad exprimendum, quod, *dum adhuc viveret*, venit Cæsaraugustam. Vel, forte melius, Metonimia utitur; vbi effectus, id est felicitatem, summit pro causa, id est Mariæ Deiparæ præsentia: Nam præsentia Sacratissimæ Virginis, omnia beat, omnia foelicitat. P. Vega, *Devocion à Maria*, cap. 14. §. 7. n. 230. Quia Arca Domini fuit in Domo Obededon (2. Reg. cap. 6. v. 11.) ait textus: *Et habitavit Arca Domini in domo Obededon, & omnem domum eius*: Cunque Sacratissima Virgo Maria fit Arca iuxta D. Bernard. *Serm. 2. super Missus est, & in signum magnum: Tu es Virga floris Dominici: Tu es Arca panis Angelici*: Multo magis locum, Iberij ripam inquam, beavit: Si Arca, utpote symbolum Mariæ, locum, vbi requiescit, beat: quid faciet Maria, non in umbra, sed ipsamet Sacratissima Virgo dum in humanis erat?

170 Canisius *Maria Deipara*, lib. 4. cap. 3. 2. Reg. 6. David (ait) in suas ædes arcam transferri excitavit ea spe, & desiderio ductus, ut similem Dei

benedictionem , ac prosperitatem ex Arcæ præsentia experiretur. Quid vero ( prosequitur Canisius ) in ædibus Zachariæ , quid , inquam , nisi vivam Dei Arcam , in qua verum Manna , verusque panis de Coelo descendens continebatur , offendimus , atque contemplamur ? Cuius Arcæ virtutem Elisabetha in se , filioque suo , ad ipsum statim Mariæ ingressum , ac sæpius etiam postea , vt veteres monuere , persensit , nulla vt cognata suo adventu tantum Thesaurum illi apportare , nullus vt hospes tantum vtilitatis , decoris , & voluptatis alienis ædibus inferre , ac donare potuisse videatur.

171 O Criticè , de hoc dubitas ? Audi P. Franciscum Suarez , *tom. de Angelis , lib. 6. cap. 21. n. 23.* vbi disputans an hæ apparitiones B. Mariæ , & Sanctorum sint regulariter *impersonales* , quoddam Angelo mediante hæc addit: „ Dixi autem regulariter; „ quia incertum est an interdum ex peculiari bene- „ volentia personalis apparitio alicuius Sancti fiat , & „ præsertim Beatissimæ Virginis , quando Ildephon- „ so sacerdotalem vestem attulit , vel alia similia: Nam „ etiam in corpore mortali vivens Jacobo in Hispania apparuisse creditur , quam apparitionem in „ propria persona fuisse factam Angelis illam defe- „ rentibus , ac comitantibus in Historijs Toletanæ , & „ Cæsaraugustanæ Ecclesiæ , magnum fundamentum „ habet; ideoque prudenter , ac pie à multis creditur. Frat. Gaspar à Iesu Maria , Ordin. Carmelit. Discalceat. *Manifiesto de la Columna de Israel en la Carpentania, &c.* Edit. Matriti 1709. *cap. 10. fol. 99.* ibi: „ Nos „ vino empero de levas tierras , para ser Nuestra Em- „ peratriz , y Señora ; y à personalmente en Zarago- „ za , aun viviendo , y desde el Cielo à la Arzobispal „ de Toledo, &c.

172 D. Rafael Bluteau, Cleric. Regular, Natione Gallus, Sacrae Theolog. Doct. Reginae Angliae Henricae Mariae de Franza, Concionator, Sacri Tribunalis Inquisitionis Ulyssiponensis Qualificator, ac dignissimum Exc. Regal. Acad. Lusitaniae membrum. *Vocabulario Lusitano, y Latino, Verbo Pilar*: Nossa Senhora do Pilar, ou a Virgen do Pilar. Em Lisboa, na Igreja de S. Vicente de fora he huma Imagem milagrosa da Virgem Nossa Senhora com esta invocação, que principiou na Ciudad de Saragoza, por haver aparecido a Rainha dos Anjos, sendo ainda viva, ao Apostol Santiago, sobre huma Pedra de feito de hum Pilar, & haverlhe mandado, que edificasse naquelle sitio huma Igreja em honra sua, como em effeyto se lhe edificou; & a sua imitação se fez no Templo de S. Vicente de fora a Capella de Nossa Senhora del Pilar, em que as venerações competem com os Milagres.

173 D. Anastasius Marcellinus Uberte Balaquer, *part. 1. del Origen, y grados del honor*, Edit. Neapol. 1694. *cap. 5. n. 368. pag. 156.* Se hizo la Congregacion (del Concilio contra los Priscilianistas) en la Iglesia de *Nuestra Señora del Pilar*, por no ser conveniente resolver tan importante negocio, sino donde havia asistido en carne mortal la Santissima Virgen, &c. *n. 369. pag. 157.* Apareció en Zaragoza esta Soberana Señora personalmente año de 37. &c. V. D. Martinus Garcia, *Serm. Innumerab. Martyr. Apparuit in hoc Cibitate Vexillifera Virgo Maria in Ecclesia Pilaris*; & passum fere omnes scriptores.

174 Y à medirse das operações Divinas por las congruências humanas (ait D. D. Josephus Felix Amada, *Compendio de los Milagros de Nuestra Señora del Pilar, cap. 7.*) entendiera yo de esta celestialvenida de la Virgen Santissima à Zaragoza, que fuè vna

fatisfacion amorosa , que quiso dar Jesu Christo à Santiago , de los divinos zelos que pudo causar à su ardiente amor , quando al entregar su Espiritu al Padre Eterno , en el Arbol de la Cruz prohibiò à su Hermano San Juan por Hijo de su Madre Santissima ; siendo así que Santiago se hallaba en el mesmo grado de Parentesco , que San Juan , y con la Prerrogativa de Hermano mayor ; con servicios singulares hechos à la misma Virgen , quales no se leen de otro ningun Santo ; y que en el Colegio Apostolico le lleva la misma antelacion , con igual interessenca en todos los Mysterios mas particulares de las Sagradas Operaciones de Jesu Christo : Con que siendo Dios la misma justificacion en los favores ; y no hallandose otro singular participado à Santiago , respecto de su Madre Santissima , parece , que este de que lo viniese à visitar , y consolar à Zaragoza , haziendolo Obreiro del Primer Templo del Mundo en la Ley de Gracia , quedandose en la Representacion de la Columna por Trono indefectible de su Sagrada Imagen , fuè vn despique , y tantomonta de la filiacion de San Juan. Porque si esta fuè la corona de su Virginidad ; aquella Visita fuè en Santiago el Lauro de Protho-Martyr de los Apostoles , aunque en sentir de San Epiphanio fuè *tan Virgen como San Juan*. Y en opinion de Don Antonio Calderon ( que lo cita *Excellencias de Santiago, part. 2. lib. 2. cap. 6. pag. 132. col. 1.* ) lo fuè con mayor excelencia.

175 Hæc Sacratissima Deipara primordiale legis gratiæ Hispaniæ Aragoniæ , Cæsaraugustæ attulit iustitiæ solem in columna ostentans. Cæsaraugustæ: Nam ibi fuit primum Templum Hispaniæ. *En llegando à Zaragoza , luego fuè à visitar à la Reyna de los Angeles* ( ait Frat. Iosephus à Matre Dei , supra laudatus,



lib. 1. cap. 4. n. 3.) *en aquel primero, y mayor Santuario de nuestra España.* Imo primum Templum in lege Gratiae, Deiparae extructum, vt lepide Romanus Pontifex Calixtus Tertius, in *Bulla Datt. Romę apud S. Mariam Maiorem* 9. Kal. Octob. ann. 1456. hoc firmat, ibi: *Eiusdem B. Marię Ecclesiarum prima B. Marię de Pilari nuncupata fundata fore noscatur, &c.* Si enim adhuc Critici de hoc dubitant, quod Ecclesia de Pilari, vtpote Angelica, & Apostolica, Primitum obtineat, propugnant Garcia de Loyfa, Archiepiscopus Toletanus, Præceptorque Philippi Regis Tertij, in *Collectiōne Conciliorum Hispaniæ, fol. 292. in margine.*

176 D. Jacobus Valdès, *tractat. de Dignitate Regum Hispanię, cap. 6. n. 7. & 21.* vbi huius Primatus ratione egregiè probat, quod Ambasiator. D. Nostri Regis Hispaniarum potest, & debet præcedere omnes Ambasiatores Regum totius Orbis Christiani: quia est Dominus inclytæ, & Augustissimæ Civitatis Cæsaraugustæ, quæ meruit habere, & habet primam Orbis Ecclesiam, & hoc tam in Curia Romana, quam in Concilijs vniversalibus Ecclesię, & alijs partibus.

177 *Beanti ripam Iberij, Cæsaraugustam Aragoniam, Hispaniam, & totum Orbem decorat. Marię presentia* (ait S. Bernard. apud Haye, in *Apocal. cap. 12. n. 52.*) *totus decoratur Orbis: adeo, vt iam ipsa Cælestis patria clarius rutillet Virgineę lampadis illustrata fulgore.*

### *Cæsaraugusta.*

178 **O** Ter, & amplius *foelicißimam urbem?* (exclamat P. Franciscus Garau, *Deipara elucidata, n. 343. Marię Augustam potius dixero, quam Cæsaraugustam*) de ea consule scriptores re-  
la-

latos ab Alphonso Laffor la Varea, *Universus terrarum Orbis scriptorum calamo delineatus*. Edit. Patavij 1713. tom.1. pag. 211. col.3. extra med. verb. *Cæsaraugusta*, & pag.212. col.1. & 2. *Cæsaraugusta Mater innumerabilium Martyrum*.

179 O *fœlix nimium*, & *Beata Civitas Cæsaraugustana beatorum sanguine circumfusa*, *quæ tot millium Martyrum oblationes Domino consecrasti?* Exclamat *Lucius Marinæus Siculus de Rebus Hispan. lib. 5. fol. 28. pag. 2.* Edit. Compluti 1630. Idem ait *Bernardus Josephus Aldrete, de Sanctis Martyrib. Bonosi, & Maximiani, cap.7. n.6.* Edit. Cordubæ 1631.

180 *Aliæ Urbes possunt habere plurimos; hæc vero innumeros ( sic citantur ab Ecclesia, in festo Innumerabilium Martyrum Cæsaraugustæ ) qui laverunt stolas suas in sanguine Agni.* *Illmus. Spondanus, Epitome Baronij, tom.1. Ann.303.n.10.* Editum Lugduni anno 1660. *Innumerabilium autem prope modum fuisse multitudinem eorum, qui Cæsaraugustæ diverso cruciamentorum genere, tunc Martyrij coronam consecuti sunt S. Catholica Ecclesia testatur in suis Tabulis (Martyr. Rom. die 3. Novemb.) & Prudentius, Hymn. 4. in laud. 18. Martyr. Cæsaraug. scribit, vix eam Civitatem numero Martyrum cedere ipsi Romæ. Sed maior omnium ille tumulus erat, qui cineres combustorum Martyrum prope innumerabilium continebat; quos alijs cineribus candore distinctos, atque selectos, simulque congestos, Massam candidam dictam fuerunt. Hactenus Spondanus.*

181 *Supradicta clarius exolvam. Dacianus volens Sanctorum innumerabilium Martyrum Reliquias cum Maurorum corporibus confundere, mandavit plurimos ex istis neci tradere, & in rogo valdè grandi eorundem corpora, vna cum SS. Martyrum Reliquijs*

mittere. Et illico (ò, magna Dei bonitas!) venit pluvia, & segregavit bonos à malis, Martyres ab Ethnicis, Cæsaraugustanos à Mauris, vt illorum corpora combusta in massæ candidæ globulos fuere conversa: Istorum vero in nigros carbones fuisse redacta. Consulendi D. Joannes Ludovicus Lopez de Passione ac loco sepulture SS. Innumer. Martyr. Cæsaraugustanorum *MANTISSA*, Comment. ad l. 12. Cod. de Religios. & sumptib. funer. à pag. 279. vsq. ad 370. Edit. Cæsaraugustæ 1675. in 4. Illm. D. Anton. Arbiol, *España Feliz*, &c. part. 2. Reflexion 43. pag. 510. & seq. Illm. D. Iazinthus Aranaz, *el Cetro de la Fè Orthodoxa*, *Estac.* 1. cap. 17. n. 2. *Estac.* 2. cap. 3. n. 10. & passim. Frater Ludovicus Vrquiola, *Sagrada Columna de España*, lib. 1. cap. 9. fol. 66. & 67. (O Sancti Martyres Innumera-biles Cæsaraugustani, vestram assistentiam imploro.

*Adfitis Divi: neu vos è paupere mensa*

*Dona; nec è puris spernite fœtilibus.)*

Fœlicior, quam Romana, Civitas Cæsaraugustana: Nam licet de illa, multa laudabilia remisive annotet P. Joann. Lorinus, in *Acta Apostol.* cap. 2. v. 9. *Verbo Advena Romani*. Et de ea dicat Cæsiodor. lib. 1. *variar. Epist.* 9. *Nulli sit ingrata Roma, quæ dici non potest aliena*. Et lib. 11. *Epist.* 39. *Apparet quantus in Romana Civitate fuerit Populus, vt eum etiam de longinquis Religionibus copia provisa satiaret*, &c. vbi plura.

182 Tamen multo ante inclytam Romam, Cæsaraugustana Civitas Idolatriam evellit, vt docet Prudentius, *Hymn.* 4. *in honorem Sanctorum decem & octo Martyrum Cæsaraugustanorum*. Editum Parisij 1687. pag. 150. v. 75. & seqq.

Omnibus portis Sacer immolatus  
Sanguis, exclusit genus invidorum

Dæmonum, & nigras pepulit tenebras

Vrbe piata.

Nullus vmbrarum latet intus horror:

Pulsa nam pestis Populum refugit,

Christus in totis habitat plateis,

Christus vbique est.

Roma tamen non solum in decima persecutione Diocletiani Imperatoris in ea Idolorum seruitute permansit, sed multo post fere per totum tempus Imperij Theodosij primi, & Hispani, vt testantur Paulus Orosius, Paulus Diaconus, & Petrus Mexia, omnesque Historiographi: ipse nanque fuit tantæ Civitatis in hac parte Redemptor, vt aiunt Zosimus, *in suo Chron. lib. 5.* Iust. Lips. *de Ves. & Vesta, cap. 14.* Baron. *toræ. 4. Annal. ann. Christ. 376. & 384.* Nec non, & etiam D. Laurentius, Aragonius, & Hispanus gloriosissimus, vt ait Prudentius, *Hymno 2. in honorem Passionis Laurentij Beatissimi Martyris, pag. 104. & 105. à vers. 1.*

Antiqua Fanorum parens,  
Iam Roma Christo dedita,  
Laurentio victrix duce  
Ritum triumphas barbaram.

Reges superbos viceras,  
Populosque frenis presseras,  
Nunc monstruosis Idolis  
Imponis Imperij iugum.

Hæc sola deerat gloria  
Urbis togatæ insignibus;  
Feritate capta gentium  
Domaret vt spurcum Iovem.

Non turbulentis viribus  
Cossi, Camilli, aut Cæsaris;  
Sed Martyris Laurentij  
Non incruento prælio.

Ex quibus facile demonstratur, quod Hispania clarissimam Romam, caput dignissimum Orbis, & alias Regiones, atque Provincias, antistat.

183 Etiam aliud mirabile datur in Cæsaraugustana Urbe, quod omnes, ni fallor, antistat: Nam anno 1118. D. Rex Alphonsus, & Imperator, è Maurorum servitute hanc Civitatem liberavit, vt post alias strenuè propugnat Reverendissimus P. Fr. Franciscus à Berganza, antea Congregationis S. Benedicti Concionator Generalis, postea S. Petri à Cardena emeritus Abbas, postmodum Difinitor Generalis, nunc vero vniversæ Benedictinæ Congregationis Hispano-Angelicæ Apex, ac Magister Generalis, in *lib. Antiquitates Hispania, &c. tom. 2. lib. 6. cap. 1. à n. 51.*

184 Cum enim Mauri, & Sarraceni in oppido Maria propè Cæsaraugustam, cum suo magno exercitu adessent. Quadam nocte in mania irruunt Civitatis, à latere ab ipsis perfosso, dum somno cederent cives: Et ecce subito venit lux de Cœlo cum Regina Cœlorum, magnoque exercitu Angelorum, & in muro huius foelicissimæ Urbis posita, vt *Castro- rum acies ordinata* Cæsaraugustam propugnat, ac inimicos opugnat sed vicit, ac ex tunc extat Imago Sacratissimæ Virginis Mariæ cognominata *del Portillo*, in eodem loco vbi ab inimicis fuit à latere perfosso, quod enarratur à Dominico Andres his carminibus:

demonstrabo eis. Dissertationem latinam : *Expedi-  
tio S. Jacobi in Hispaniam*, horum Anagrammatum scrip-  
tor Typis ultra vnam trieteridem dedit: illicque tripli-  
cem addidit Appendicem, & primum de Matre ad-  
mirabili à S. Jacobo Maiore Cæsaraugustano Tem-  
plo culta: secundum de Breviarij Romani authorita-  
te; & tertium de Scriptoribus Mariano-Jacobæis:  
Sed tamen noluit, vt publicam lucem videret; iam  
quia, plures, esse punctum indifferentem murmurasse,  
vt ipsemet in Oratione Academico-Mariana, numero  
mihi 8. fatetur, vel rectius, quia iuxta Plinianam  
sententiam *apud sapientes plus timor, quam fiducia decet.*  
Et tunc habita hæc notitia à Rege, præcepit vt illico  
ipsius Illustrissimi Soufæ scripta publicarentur, iam ob  
devotionem B. Mariæ à Columna, iam ob S. Jacobi  
Apostoli cultum, vtpote totius Hispaniæ Patrõnum:  
Ergo nostras Philippus V. & Ioannes V. erga Sacra-  
tissimam B. Mariæ Virginis Imaginem à Columna  
nuncupatam, possumus dicere esse *Religione pares.*  
Nec mirum, nam vt ait celeberrimus nostras Arago-  
nius Poeta Aurelius Prudent. *Peristephan. Hymn. 6.*  
*SS. Martyr. Frustruosi Augurij, & Eulogis, vers. 4.*

*Hispanos Deus aspiciit benignus.*

Ob id ait P. Claudius Clemens *in suo Museo, lib. 1.*  
*sect. 6. cap. 2. n. 9. suus debet esse eius Imagini (B. Ma-  
riæ Virginis) locus in tuo Museo perillustri.* Hoc scrip-  
sit laudatus scriptor Maximo Philippo IV. Hispania-  
rum Regi, erga Regiam Escorialis Bibliothecam:  
Hoc idem sentio, & Maximo Philippo Hispaniarum

Regi Quinto, erga Regiam Bibliothecam Matritensem, suppliciter exoro, vt Sacratissimæ Imagini B. Mariæ Virginis locum tribuat, ac assignet, quia *lumen studiosorum est*, vt ait Stephanus, *Orat. de Laudib. Mariæ.*

226 Et si Criticus voluntarius sub qua invocatione debet esse interrogat? Respondeo, quod sub invocatione à *Columna*: Quare? Quia hæc prima in Hispania censetur, & ob id Fr. Hieronymus à S. Josepho, Ord. Carmel. Discalceator. sui Ordinis Historiographus Generalis, ad *Cæsaraugustanum Pilarenfis Virginis Templum*, hoc elogium confecit.

*Primo* Christianæ Religionis in Orbe ritè consecrato *Fano.*

*Primo* Deiparæ Virginis Mariæ, Christiano in Orbe dicato *Sacello.*

*Primo* Sacras Imagines publico in loco adorandi in Orbe *Exemplo.*

*Primo* Apostolicis manibus constructo in Orbe *Altari.*

*Primo* Totius Religionis, ac pietatis in Occidentali Orbe *Origini.*

*Primo* Reginae Cælorum, ex eius præsentissimo iussu, ædificato in Orbe *Palatio.*

*Primo* Angelorum Dominae, super Cælestem Columnam vere apparenti *Sustentaculo.*

*Sacratissimo* Magnorum Angelorum libenter ibi inhabitantium *Domicilio.*

*Prodigiosissimo* Miraculorum ibi perpetuo scaturientium *Fonti.*

*Celeberrimo* Purpureorum Martyrio coruscantium *Militum Ludo.*

*Florentissimo* Discipulorum Christi omnium instruendorum *Gymnasio.*

*Stabilissimo* Christianæ fidei perpetuo ibi duraturæ *Firmamento.*

*Supremo Hispaniæ Regum supra cæteras præcedentis Titulo.*

*Nobilissimo Cæsaraugustæ, Aragoniæ, ac totius Hispaniæ Trophæo.*

*Firmissimo Adversus hostiles omnes insidias, ex Cælesti Columna Propugnaculo.*

*Tutissimo Miserorum omnium ad illum confugientium Asylo.*

*Locupletissimo Cælestium Divitiarum ibi à Virgine effusarum Arario.*

*Venerandissimo Omni ex climate confluentium Peregrinorum Sanctuario.*

*Divinissimo, Apostolico, Jacobæo, Angelico Virgineo, Primævo, Primigenio, Primario. Sanctæ Mariæ Maioris, ac de Pilari Cæsaraugustano in toto Orbe Proto-Templo. Humillimus Sacratissimæ Virginis servulus, ob ineffabilem eiusdem Pilarensis Templi gloriam, pluraque à Virgine accepta beneficia, Fr. H. A. S. J. I. C. A. hoc quaecumque dicat obsequium.*

227 D. Iosephus Pellizer in Hispana Poesi; (vulgo *Romance*) Historiæ Aspidij eam appellat:

*Nidal de la Fè de España.*

*T. Columna al Christianismo.*

Et quidam Aragonius Scriptor dixit esse *legis gratiæ Terminus*, vel Hispanè: *El Majòn de la Ley de Gracia*. Fr. Gaspar à Iesu Maria, Carmelita nudipedus, *Columna, y Paladion de Castilla*, lib. 2. cap. 20. pag. 402. ait: Ob hoc Reges Hispaniæ celeberrimum *Catholici cognomen* obtinuerunt, quod quidem non Aragonenses, non Castellani, non Lusitani; sed Belga, & Polonus Scriptores satis propugnant *Cornel. in Zachar. cap. 4. v. 10. pag. 674. in fine, & pag. 675. Antwerpæ 1673.*

Noster

228 Noster Ribadeneira, in vita S. Jacobi, eum in Hispania novem tantum incolas convertisse ad Christum: qua de causa cum doleret, seque orationi daret Cæsaraugustæ, apparet ei B. Virgo Columnæ insistens (quæ adhuc vivebat sed in Oriente) Choro Angelorum suavissimè canentium stipata, consolans eum, dicensque: *Hoc in loco edificabis Ecclesiam, eamque meo nomine insignies; quia hæc Hispania pars mihi erit devotissima, & ex nunc eam in meam protectionem recipio.* Paruit Apostolus, & ædificavit Sacellum, quod etiam nunc S. Mariæ in Columna nuncupatur: atque exinde per novem hosce eius discipulos secuta est totius Hispaniæ conversio, illeque religionis flos, decus, & robur, ut iurè Reges Hispaniæ *Catholici* cognominentur. Hactenus Cornelius. Frat. Iustinus Michoviensis Polonus Natione, in *Littan. Lauretan. tom. 2. discurs. 389. n. 4. pag. 490.* ubi hoc idem strenuè propugnat.

Ad Num. 3. *Aram refugij.*

229 **A** Ram, non Aulam, nam, ut ait Lucretius, *lib. 8. Pharsal. Exeat aula, qui vult esse pius. Ara vero admirabilis pius facit.* Graviter differatissimus Poeta.

Aulas exossus Vates, ait, *exeat aula*

*Qui vult esse pius nil habet aula pius*

Diceret hanc, idem si cerneret *intret in aulam*

*Qui vult esse pius, non magis ara pia est.*

Nisi dicamus, quod Maria non est *Aula* terrena, sed ut ait S. Ambrosius, *ad Sirenum, lib. 10. cap. 81. Aula Cælestis* vel, ut S. Ildephonsus, *Serm. 2. de Nativit. B. M. V.* firmat: *Aula Spiritus Sancti.*



230 *Aram refugij, vt ait exprefsis verbis Zurita, in Indicib. Latinis rerum Aragonus, Anno 889. pag. 13. Cæfaraugustæ fatis constat reliquis facris Ædibus, five fartis tectis, five depopulatis, sanctum, & religiosum Templum Divæ Mariæ Virgini dicatum, quod vulgus de Pilari nuncupat, miseris illis temporibus sanctitatis, Religionis, Consilij publici, tanquam sacram Aram, & perfugij Portum nostris fuisse. Unde, & Elecæ, & Seniori, ac Superioribus, posterioribusque Episcopis, Ecclesiasticoque cætui sacrosancta ea Ædes sedem, ac domicilium præbuit; atque inde amplissimos, & maximos honores eius fani Antistibus semper habitos, & vetustis tabulis, & memoria superiorum temporum pro certo firmare posumus. Hebrera *supr. §. 1. pag. 3. ibi: Y para casa de refugio de los devotos hijos de la Iglesia Santa hasta el fin del Mundo.* Et antea laudatus Fr. Josephus à Matre Dei, *vbi supr. dict. lib. 1. cap. 4. n. 2. ,, Y afsi, ait, ,, (no sin especial afsistencia, y luz del Cielo) resolviò ,, ir à la Ciudad de Zaragoza, y hacer alli la Consulta ,, en las Aras, y presencia de Nuestra Señora del Pilar, &c.**

231 *Civitas refugij, de qua Genes. cap. 6. v. à Frat. Joann. Cartagena, de Sacra Deipara, lib. 18. hom. 13. Alphabetum Marianum, litt. C. nuncupatur. Et in Kalenda quæ in dict. Ecclesia Cæfaraugustana dicitur: Singulare refugium in perpetuum, & in seculum seculi edificaretur.* Suppono, vt certum, illud, quod apud D. Nicol. Turlot, *Thesaur. Doct. Christ. part. 3. lect. 18. pag. 437. col. 2. Edit. Bruxelis 1668.*

*Hoc Deus est, quod imago docet, sed non Deus ipsa,*

*Hunc colas, sed mente colas, quod cernis in illa.*

Asth hæc imago tantæ Religionis est, vt verè, & piè dicat de ipsa D. Hieronym. de Blancas, *Comment.*

*Rer. Aragonens. fol. 139. ibi: Cuius Fani tanta fuit, ac nunc est etiam Religio, ut cum illuc eamus, non ad Ædem Virginis, sed ad ipsam Virginem videamur proficisci.*

#### Ad Num. 4. *A Columna nuncupatam.*

232 **A** *Columna nuncupatam.* Hoc est distinctivum à cæteris B. Mariæ Imaginibus in alia, ab ea quæ affert Guilielmus Guppemberg, apud D. Joan. Bonifac. Bagatta Veronens. *Admiranda Orbis Christiani, lib. 5. cap. 5. n. 14. pag. 313. col. 1.* Edit. Augustæ vindelicor. & Dilingæ 1700. Nam ut ait idem, *tom. 2. lib. 8. cap. 1. §. 2. n. 1. pag. 518. col. 1.* cum Beutero „ In Ripa fluminis Ebri prope Cæ- „ saraugustam Aragonum Urbem D. Jacobo Virgo „ Maria apparuit, eumque, ut Sacellum sibi, quod „ postea multis claruit miraculis, construeret, admo- „ nuit. Critices negat eo sæculo fundata Templum fuisse. Sed tot fuere extructa iam Sanctissimæ Deiparæ, iam Sanctis Apostolis Petro, & Joanni adhuc in hoc vita morantibus, ut nemo in dubium vocare hoc valeat. Consule infra Observat. *ad n. 16.*

233 Replicat Pseudonymus Criticus cum Illmo. Sandoval, *in tom. Historiæ Episcoporum, fol. 22. pag. 2.* „ Y quando los Gentiles llamaban à los Christianos „ supersticiosos, y gente vil, tambien decian en oprobio, que no tenian Templos, &c. Respondetur quod ignorare non potuit Illmus. Sandoval, quod Baronius, & Spondanus, *ad annum Christi 106. n. 2.* clare demonstrant ducentis, & amplius annis ante Constantini tempora, Petro Apostolo Ædem fuisse extructam; nam Constantinus circa annum 324. potestatem fecerit Christianis erigendi uvibus locorum

Ecclesias, ostendit loco citato Baronius ante tempora Traiani ( qui iuxta Bellarminum anno Christi 100. cæpit regnare ) ædem S. Petro Apostolo Romæ fuisse extructam. Cuius solius verba ad confutandum eos qui ante Constantini tempora negant Ecclesias fuisse erectas, sufficet hic producere.

234 Postquam igitur ibi Baronius retulisset ex Dione *Columnam Traianam* anno 106. cæptam, & post septennium absolutam, subdit: „ Petri Apostoli „ ædem Romæ; etiam hæc Traiani præcessisse tempora, dicens: „ Ast antequam Traiani columna con- „ surgeret, erant Petri Trophæa Romæ conspicua: „ eiusdem nanque memoria nobilis in Vaticano ful- „ gebat. Anacletus enim vt antiquæ tabulæ habent, „ cum adhuc Præbiter esset construxit atque com- „ posuit desuper eius corpus velut trophæa victoriæ, „ insignem, claramque memoriam, &c. prout ibi ex Cayo antiquo Theologo profequitur, qui tempore Zopherini Papæ circa annum 203. claruit.

235 Additque ibidem Baronius, Romæ „ non „ Petro tantum erectam memoriam fuisse celebrem, „ sed & Paulo vt tradit Caius, easque, trophæa Apostolorum, appellat sic dicens: Ego Apostolorum trophæa perspicue possum ostendere: nam si lubet in Vaticanum proficisci, aut in viam, quæ Ostiensis dicitur, te conferre, trophæa eorum, qui istam Ecclesiam suo sermone, & virtute stabilierunt, inuenies. Hæc Caius inquit Baronius: Et vt ostendat per *memoriam*, & *trophæa* intelligi eadem aliquam seu ædificij structuram; ulterius pergit.

236 Quod igitur habet libro de Romanis Pontificibus in Anacleto: Hic B. Petri memoriam construxit, atque composuit: Per *memoriam non nisi ædificij structuram designari constat, quam olim antiquitas visitatius*

*dicere Ecclesiam consuevit : nam, & Augustinus. Nos (inquit) Martyribus nostris, non Tempa sicut Dijs, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus : Quas merito Caius Throphæa appellat, quippe quæ victorias Sanctorum de subactis hostibus representent. Hæc Baronius, & eadem ex ipso Spondanus, quibus adde novissimè Frat. Augustin. Mattheucci, Controvers. 6. cap. 9. n. 9. Quæ an non sufficiant ad convincendum alterum Criticum summæ temeritatis dum absque vlla ratione, & probatione tales repudiat antiquitates, iudicent alij.*

237

Hic Author imitatur Magdeburgicos Centuriatores de quibus Petrus Canisius, *Maria Deipara, lib. 5. cap. 18.* ait: „Magdeburgici Centuriatores, Historici sæpè mendaces, Rethores fatui, Theologi perversi, Luciano spiritu obcæcati, eoque potissimum intenti, vt suum vetus odium expleant in Ecclesia Catholica proscindenda. Adeo nihil illis in Ecclesiastica Historia placet, sed apocryphum, vanum, frivolum, eumentum, adulterinum statim habetur, quidquid aliquam veteris Ecclesiæ traditionem, atque consuetudinem à qua illi semper abhorrent, redolere videtur. Istorum scholas frequentasse videtur qui B. Mariæ Virginis à Columna Historiam traditione firmatam explodit.

238

Clarius, & prescius ad propositum Templorum, idem Canisius *vbi nuper, cap. 23.* dicens: *Quod vero Centuriatores, centur. 1. lib. 2. cap. 10. adferunt à Cesare Constantino primum fluxisse morem, vt in Sanctorum memoriam Templo extruantur, alijs eorum explodendis figmentis, ac fabulis aque frivolis meretur ascribi, & coargui facile potest.* Profecto videtur critices istorum Hæreticorum frequentasse scholas, eodem enim spiritu, & ferè verbis, omnia Templo,

Sa-

Sacella, aut Oratoria ante annum 324. seu Constantini tempora in honorem Sanctorum erecta explosisse videtur, vt fictitia.

239 Si enim Criticus libros Reverendi, ac Venerabilis Patris Petri Canisij legisset potius, quam centurias Magdeburgensium, tam antiqua, & recepta, non impugnaret monumenta, dicit enim: *Præfatio, lib. 5. cap. 18.* „ Magno igitur studio cavendum est „ orthodoxis, ne tragicis vocibus novatorum adversus Mariæ, & Sanctorum Historias, atque miracula „ importunè vociferantium moveantur, neque tam „ leviter antiquitatis monumenta, & testimonia, licet „ prima fronte, quiddam asperum sonent, sibi „ eripi patiantur, aut etiam ipsi respuant nauseabundi. *Et postea subdit:* Etsi enim quæcumque de Sanctis leguntur, pari gradu certitudinis, ac reverentia, vt ita loquar, amplectenda non sunt, sed „ alia quidem alijs præstantiora, maioreque fidedigna „ merito existimantur; tamen non est cuiusvis historie de rebus ferre iudicium, quas qui omnino negligunt, vel superbe contemnunt, in Uvaldensium, & Uvicleffitarum damnatos errores facilè prolabantur. An autem non nimis leviter temerariè, & cum periculo prolabendi in damnatos Uvaldensium, & Uvicleffitarum errores, repudiet, & superbe contemnat, antiquissima Ecclesiæ monumenta Dei Genitricis à Columna Cæsaraugustæ cultum, iudicet Sancta Sedes.

240 Demum in ordine ad nostram Traditionem, & argutiarum adversus eam, vtpote antiquissimam in promptu est solutio ex Cardinalis Pallavicini, *lib. 6. cap. 11. n. 15. in Histor. Concilij Tridentini doctrina*, vbi sic habetur: „ Ita contingit difficilissima „ quædam, primaque specie insuperabilia, antiquis, „ le-



,, legitimisque traditionibus adversantia larvas esse  
 ,, ex umbris tenebrose antiquitatis conflatas. Non  
 ,, tamen, quod nobis claritas desit ad eas dissipan-  
 ,, das, deesse debet firmitas ad repudianda: cum vel  
 ,, ignorantie, vel superbie sit veri amplitudinem in-  
 ,, ter angustias scientie nostrae circumscribere, & ex  
 ,, eo putare solui non posse vim argumenti conten-  
 ,, dentis à veteri, & pacifica possessione depellere  
 ,, communem aliquam persuasionem, quod nobis  
 ,, illius diluendi ratio non occurrat. An hæc rectè non  
 quadrent Neotericis Criticis iudicent alij.

### Ad Num. 5. & 6. Statuit Jacobus.

241 **S**tatuit Jacobus, id est dedicavit Calepi-  
 nus, Edit. Novis. Lugd. 1647. Statuo  
 pro dedico Virgil. *Eglo. 5. Craterasque duos statuam  
 tibi pinguis olivi.* Statuo pro erigo. Jacobus enim  
 Sacellum ædificavit, ut varij ac plures Summi Ponti-  
 fices Gelasius II. Calixtus III. Clemens VII. Paulus  
 IV. Clemens X. & Innocentius XIII. in suis Diplo-  
 matibus firmarunt, quorum verba retulimus *supr. à  
 num. 51. usque ad num. 56.* Audiatur nunc P. Ilde-  
 phonsum de Flores, *Comment. ad cap. 14. Ecclesiast.  
 part. 3. sect. 36. Et quidem vel unum ita sensisse, aut  
 scripsisse Pontificem, suffecisset, nedum tot, tamque do-  
 ctissimos, ut nemo prorsus de veritate ambigeret, Emi-  
 nentif. Cardinal. D. Iosephus Saenz Aguirre, tom. 1.  
 Concilior. Hispan. dissert. 9. excurs. 7. n. 94. Quam (id  
 est Traditionem) proinde nemo refutare sine temeritate,  
 aut impietate possit. Quia ut ait DD. Iosephus Marti-  
 nez Aguirre ,, Sermon. in Translatione ad novum Tem-  
 ,, plum à Columna Sacratissimi Corporis Christi; y es*

„ Tradicion constantissima, Principe entre las Eccle-  
 „ siasticas, y confirmada con milagros del Cielo, Bu-  
 „ las de Pontifices, Privilegios de Reyes, Decisiones  
 „ de Rota, Breviarios antiguos, Revelaciones par-  
 „ ticulares, y Testimonios de innumerables Autho-  
 „ res Nacionales, y Estrangeros.

242 *Jacobus, Georgius Venetus, Armonia Mun-  
 di, tom. 7. cant. 2. cap. 12. apud Viegas in Apocal. 12.  
 Comment. 1. sect. 7. n. 7. Jacobus Maior, concionatus est  
 in Hispania, quæ sagittario subiicitur, P. Laurentius  
 Chryfogonus, Mundus Marianus, discurs. 22. n. 168.  
 Sacellum Jacobus edificavit, quod in hodiernum usque  
 diem vocatur Sancta Maria de Pilari sive de Columna,  
 atque ex inde secuta est brevis totius Hispaniæ conver-  
 sio. Ob hoc certissimum historiale factum in Urbe  
 Cæsaraugustana ab Ordinario, & Capitulo Metropo-  
 litanæ Ecclesiæ anno 1471. conditum fuit Statutum  
 circa solemnitatem sex Caparum in Festivitate S. Ja-  
 cobi (seu natalitio) die 25. Julij, quæ verba, etsi, vt  
 aurea ad intentum, hic adducere poteram, ea omitto,  
 quia extant supra n. 59. Hæc est ergo (ait P. Eximius  
 Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 6. n. 16.) prima cau-  
 sa, ob quam meritò Hispania Festum S. Jacobi summa vo-  
 peratione colit.*

243 Et S. Thom. à Villanova, *Serm. de S. Ja-  
 cobo, addit, Vere hoc Festum celebrandum esset in Hispa-  
 nia, sicut Pascha, quia est maximè nostrum, Claudat  
 Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 9. n. 17. „ Non  
 „ enim (inquit) sine causa Jacobus post mortem, &  
 „ corporis præsentia, & gloriosi spiritus favore, tam  
 „ propensum in Hispanos sese ostendit: sed profecto  
 „ ea causa fuit, quod in Christo Iesu in Evangelio ipse  
 „ illot genuit, & illius protectione, ac precibus, non  
 „ solum magna soliditate infide permanet, sed etiam*

eorum ministerio, & industria Deus uti voluit ad  
fidem innumeris gentibus, & ut aiunt, novo mun-  
do prædicandum.

244 *Poffem ad superiora adijcere ( ut P. Ioan. Mariana, Tractatus septem, tract. 1. de Adv.S. Jac.in Hispaniam, cap. 11. fol. 20. col. 1. Edit. Coloniae Agrippinae 1609. in folio, verbis Vtar ) Calixti Tertij diploma, quod Casaraugustæ in Tabularijs servatur S. Mariæ de Pilari, quod consona cum cæteris voce venisse Apostolum in Hispaniam ait: Virginisque monitu id Templum in ea Urbe, &c. Et col. 2. At vestigia itineris requiris? Sane in Hispania multa monstrantur Casaraugusta Templum ab eo extractum.*

### Ad Num. 7. Ore vera docens.

245 **O**re vera docens, id est veritates Evangelicas falsis prædicando. Nam in die Pentecostes una fuisse cum cæteris Apostolis nostrum Jacobum Maiorem, nemo est qui valeat inficiari. Et ( tunc ait Lucas Act. cap. 2. v. 4. ) *repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & ceperunt loqui varijs linguis pro ut Spiritus Sanctus dabat eloqui illis. Et multo antea dixit illis Iesus. Math. 10. v. 20. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Sanctus est, qui loquitur in vobis.* Et sic non est dubium illis prædicasse vera in conveniendo Populos in unum. Psal. 101. v. 23. Dominum nostrum Iesum Christum, cuius mirabilia opera inter eos annuntiavit ut Davidicus Propheta Psal. 104. v. 1. prophetavit dicens: *Annuntiate inter gentes opera eius: & eodem tempore suorum Deorum cultum reprehendens cum verbis Psalmistæ, Psal. 113. v. 4. & seqq. (vel similibus) Simulacra gentium argentum, & aurum: ope-*

ra manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt: aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt: manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. Quibus consonare videtur, quod ait Prudent. Paristephan. Hym. 3. in S. Eulaliam, vers. 76.

Isis, Apollo, Venus nihil est;

Maximianus, & ipse nihil:

Illam nihil, quia facta manu,

Hic, manum quia facta colit:

Fribola utraque, & utraque nihil.

Deus autem noster in Cælo, omnia quæcunque voluit fecit. Ibid. v. 3. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, terribilis est super omnes Deos. Psal. 95. v. 4. Confitemini (igitur) Domino quoniam bonus: quoniam in seculum Misericordia eius. Psal. 117. v. 1. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia eius. Psal. 135. v. 1. Omnis spiritus laudet Dominum. Psal. 150. Demum quod pie credere debemus, est S. Jacobum Gentilibus Symbolum docuisse.

### Ad Num. 8. Custos Hispaniæ.

246 **C**USTOS. Gerardus Joannes Bossius, Etymologicon linguæ latinæ, Edit. Lugd. 1664. Custos à *curo* ut vult Perattus: vel potius ex *com*, & *adsto* quasi *custes*. Robertus Stephanus, Dictionarium seu latinæ linguæ Thesaurus, Custos à *curo* dicitur, qui aliquam rem tuetur, & curat, & S. Jacobus rectè dicitur *Custos Hispaniæ*, quia eam tuetur ut in Hymno:

*Defensor almæ Hispaniæ.*

His eisdem verbis P. Ant. Escobar, infra citandus Pa-  
neg.

neg. 3. v. 21. ,, Salus Terminus cuius patrocinio termi-  
 ,, ni Romæ subiacebant, immobiliter apud Templum  
 ,, perstitit, vsque ad hostium extinctionem. Termi-  
 ,, nus noster terminorum *HISPANIÆ CUSTOS*, haud  
 ,, deseruit Hispaniam, haud à sepulchri tabernaculo  
 ,, aufugit, sed inde fulgentissima stella pugnavit do-  
 ,, nec Hispania pace donaretur. *Custos Hispaniæ*: Por-  
 ,, rò *Custos* idem est ac Patronus, cap. *Cum autem de Iure*  
*Patronat. Hinc Principis Jacobi imperio Hispanico praes-*  
*ciendi foelicitatem auspicamur*, ait idem Escobar ubi su-  
 ,, pra, lib. 5. *Paneg. 1. observ. 5. n. 41. vol. 4. in Evangelia*  
*Sanctor.* ,, Asserit Archiepiscopus Valentinus Villano-  
 ,, vensis, cunctas Hispaniæ victorias ex D. Jacobi pre-  
 ,, cibus, & intercessione ortum habuisse Addo, & ex  
 ,, Regibus simul exorantibus. Cum autem copiæ nos-  
 ,, træ irruentes in hostes proclamant: *Santiago cierra*  
 ,, *España*; illud ipsum Jacobum invocare, orare qui-  
 ,, dem est.

247 *Custos Hispaniæ*. Ut ipsemet Apostolus Regi  
 Ranimiro revelavit, dicendo ei: ,, Nunquid ignorabas  
 ,, quod Dominus noster Iesus Christus alias Provin-  
 ,, tias, alijs fratribus meis Apostolis distribuens, totam  
 ,, Hispaniam meæ tutelæ per sortem deputasset? Apos-  
 ,, toli enim præcipuè ad conversionem animarum fue-  
 ,, runt deputati, & minus principaliter ad tutelam cor-  
 ,, porum. Ex quibus verbis constat efficaciter Jacobum  
 Maiorem fuisse nostrum Apostolum. P. Gaspar Sancti-  
 tius post Acta Apostolorum, tract. 2. de Advent. S. Jaco-  
 bi in Hispania, cap. 6. n. 4. ibi: ,, Sed alijs Apostolis,  
 ,, vt est omnium Ordinum, sæculorumque consensus,  
 ,, Provinciæ aliæ non protectionis tantum, sed doctri-  
 ,, næ etiam gratia deputatæ sunt. Neque vero credi-  
 ,, bile est Christum Dominum, qui non tam habuit  
 ,, corporum, quam animarum curam, comisisse Apos-



„ tolis libertatis, ac pacis Provinciarum curam, omi-  
 „ sisse doctrinæ. Quod si alijs Apostolis destinatæ cer-  
 „ tæ Provinciæ sunt, quas doctrina lustrarent; aliquam  
 „ Jacobo assignemus oportet, illamque non ignobilem,  
 „ aut exiguam, quando Jacobus frater Joannis, non  
 „ vltimus fuit inter Apostolos. Hactenus Sanc-  
 tius.

248 De Apparitione S. Jacobi Regi Ranimiro;  
 P. Joann. Bonifacius Bagatta, *Admiranda Orbis Chris-  
 tiani, tom. 2. lib. 8. cap. 1. §. 1. n. 36.* Et novissimè Bo-  
 landi, continuatores die 25. Julij de S. Jacobo Apo-  
 stolo, *part. 1. §. 11. n. 138. & seqq.* & idem Bagatta,  
*n. 37.* ex eadem *Historia Hispania*, ait quod: D. Jaco-  
 bus Apostolus in auxilium Christianorum contra Sar-  
 racenos sæpe arma sumpsisse, strenuèque inimicos fu-  
 gasse, deiecisse, vicisse, visibilibè in exercitu conspic-  
 tus est.

249 *Equidem* (ait R. P. M. Fr. Emmanuel Vi-  
 llarroel. *Tautologia Sacra, tom. 3. Tautolog. 7. Didascal. 6.*  
*n. 22.*) *non solum presentia favet: sed ita fovet, quasi non*  
*sufficeret descendere de Cælo Patronum, ni remaneret*  
*triumphi parti, vel in lapidibus signum.* Quid dicemus  
 de eodem signo in Sacello Cæsaraugustano ( *de quo*  
*sup. n. 42. & 43.* ) *Equidem non solum præsentia fa-*  
*vet, sed ita fovet quasi non sufficeret venire è Ierusa-*  
*lem ni remaneret triumpho parti in terræ visceribus,*  
*vel in lapidibus signum.*

### Ad Num. 9. *Tonitru ardens.*

250 **Q**uia à Christo Domino filius tonitruui nun-  
 cupatur; Marci, *cap. 3. v. 17, Sicut enim*  
 ( *vt dicitur Math. cap. 24. v. 17.* ) *fulgur exit ab Oriente,*

Et parat usque in Occidentem: sic Jacobus Maior è Hierusalem venit in Hispaniam ( De hoc nomine Boanerges Consule: *Memoires pour l'histoire des sciences, & des beaux arts à Treboux Decembre 1719. Article 6. pag. 110. & seqq.*) Jacobus, & Joannes filij Tonitru appellantur à Christo Domino; Marci 3. 17. Et imposuit eis nomina Boanerges, quod est filij Tonitru. Piña in *Ecclesiast. cap. 5. Etologia 68. n. 2. Tonitru filios appellavit Christus Dominus Jacobum, & Joannem, eorum commendans eloquentiam, & comptam orationem teste Origine.*

251 S. Birgitta post libros suarum Revelationum in *Revelat. Extravag. cap. 34.* Christus dixit ei: „ Sed cundum vero Altare ad dexteram sit Jacobi filij Zedæi, qui per patientiam, & ARDOREM prædicationis primum meruit præ alijs glorificari Verbum illius (vt de Elia dicitur) quasi facula ardebat. *Eccl. 48. v. 1. Ardens zelo honoris divini; J. B. Du Hamel hic. Tonitru ardens, P. Ant. Escobar ad Evangel. SS. volum. 4. lignum vitale Apostoli, lib. 5. S. Jacobus Maior, Panegir. 1. Observ. 7. n. 52.* „ Fulmen igitur Jacobus est, & fulgens, & hostes territans, & velocissimo Hispaniam gressu circumiens, hostilesque tures evertens. *Tonitru ardens. De tonitru filio Jacobi ( Marc. cap. 3. v. 17. ) Job Dominus: Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicent tibi; adsumus? Cap. 38. v. 35. vbi Hieron. apud Escobar, supra Paneg. 3. Observ. 2. n. 19. Fulgura a Deo appellantur, quia isti à Deo mittuntur vt prædicatione Evangelij Mundum illuminent; quibus Dominus ait vos estis lux Mundi.* „ Sic de duobus fratribus Doctor. Id quod singulariter ad Jacobum allicies. Fulgur à Deo appellatur Jacobus, quia iste à Dea mittitur, vt prædicatione Evangelij Hispaniam illuminet. An nõ ex hoc Chris-

to assimilatur? (Nota) *Sicut fulgur* (ait Dominus Math. 240.) *exit ab Oriente, & paret usque in Occidentem: sic erit adventus filij hominis.* „ Utitur Christus fulguris similitudine, vt velocitatem adventantis secundo exprimat, aut vt adventus futuri in Gentiles Apostolorum ministerio exprimat agilitas. Sic Jacobus vnus anni curriculo percurrit Hispaniam fulguris gressu.

252 Dicent Critici Voluntarij hoc esse voluntariè dictum, nec firma ratione stabilitum. Audiant isti D. Franciscum Torreblanca, *Epitome delictor, lib. 2. cap. 27. n. 41. & 42.* „ Unum pro cunctis sit illud B. Virginis Mariæ de Columna exemplum S. Jacobo Zebedæo apparentis ad Iberum Cæsaraugustæ, vt Cantabrorum omnium protestantur Annales. Citat Authores Gaubertum Schedel, & Beuter, & ita prosequitur: (Atendat Criticus) „ Cuius vel solo testimonio negare non potest S. Jacobi in Hispaniam aduentum, præter alia quæ pro hac veritate doctè accumulunt. Ambros. de Morales, *lib. 9. Chron. Hispan. cap. 7.* Hieron. Roman. *de las Republicas del Mundo, Tit. de las Republ. Christian. lib. 1. cap. 3.* Joan. del Pined. *in Monarchia Ecclesiast. lib. 10. part. 2. cap. 25. §. 3.* Fr. Francisc. à Iesu, *lib. de la Venida de Santiago.* Fr. August. Math. Ord. Min. *Opus Dogmaticum, contr. 4. cap. 3. n. 13. ibi: Jacobum à Petro, ad Hispanos missum.*

253 *Ardens.* Anno 1469. cum Granata Civitas fuisset à Mauris possessa Abderæ, & Bactæ (vulgo Almeriæ, & Baza) primate fuerunt à Mauris innumeris die 10. Martij circa locum Cazõrla vbi S. Jacobus: „ Apareció visiblemente en vn cavallo blanco (vt verbis vtat Erze, *part. 1. trat. 6. cap. 7. n. 25.*) con su „ Abito roxo, y vna espada de fuego en la mano, dando en los sobervios Moros con tal esfuerço, que se „ def-

„ desvarataron, y pusieron en huída, &c. Et n. 26. ait:  
 „ Notóse demás de esto, que los Moros que heria el  
 „ Zebedeo invicto, estaban endidos, y abiertos del  
 „ todo por la parte que les daba, y abraçada la carne  
 „ de la cuchillada celestial de fuego. De fuerte, que fué  
 „ tan admirable la providencia del Señor ( como lo es  
 „ siempre en sus Santos ) que quiso que se conocies-  
 „ sen los Sarracenos, que pasó à cuchillo su Apostol,  
 „ y nuestro Capitan General Santiago.

Ad Num. 10. *Rubente stricto ense.*

254 **R**ubente *stricto ense.* D. Franciscus Torre-  
 blanc. *de Iure spirituali*, lib. 3. n. 61.  
*Stricto gladio pugnare visus est.* In huiusce Authoris  
 laudem licet plurima cogerere possim; brevitatis causa  
 duo remissive adducam. Primum quod à suis Coeta-  
 neis valde laudatur, vt refert idem *in diet. tract. lib. 5.*  
*cap. 2. n. 54.* „ Ex quo inter omnes collataneos meos,  
 „ qui studijs litterarum *ubera pressimus*, & nonnulli eo-  
 „ rum longissimos ediderunt Commentarios, ab om-  
 „ nibus fere omnium facultatum Professoribus doctif-  
 „ simis Viris, laudatus semper, & allegatus saepe re-  
 „ perior, & à præclarissimis iudicibus, & Scriptori-  
 „ bus sequutus, non aliter quam de Persio testatur  
 „ Juvenal ( lege Martialem, *lib. 4. Epigr. 29. ad Pu-*  
 „ dentem ad vsum Delphini.)

*Sapius in libro memoratur Persius vno,*

*Quam levis in tota Marsus Amazonide.*

Secundo, quod Eminentissimi Cardinales Sacri Con-  
 ciliij Tridentini, Interpretæ eius sententiam amplec-  
 tuntur, vt videre apud eundem. *Ibid. lib. 15. cap. 5.*  
*n. 58.* Nec sine exemplo est mea sententia, nam eam

amplectentes Emin. Dñi. Cardin. Sacrosancti Concilij Interpretes in casu de facto Jacobi Capuccini Clerici Romani Minorum Ordinum, qui in casu honoris, propriam occidit sororem, & cum neque beneficium, neque assignationem foro gaudere decreverunt, vt tradit Barbosa, *Iur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 36.*

255 *Rubente stricto ense.* Robertus Stephanus, *Thesaur. lingue lat. verb. Rubeo*, ait, *rubrum esse.* Gellius, *lib. 2. Noct. Atticar. cap. 26.* ait: Sed cum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter crocus, has singulas rufi varietates latina oratio singulis propriisque vocabulis non demonstrat, omniaque ista significat vna ruboris appellatione. Et Ovid. *lib. 12. Metamorph. v. 60. Ferrum rubens igne.* Rectè igitur nostras Illmus. Scriptor dicit: *Rubente stricto ense*; nam licet aliter rubeat ignis, aliter sanguis hoc participio *Rubente*, vtrumque explicat iam sanguine Maurorum tincto; iam flameo aut igneo in Ecclesiæ hostes irruente. Framea enim Jacobea ignea est, vtpote arma filij tonitruui. Nec solum ob id, quod S. Isidor. *lib. 18. Etymolog. cap. 6.* dixit: *Framea est gladius ex utraque parte acutus, quam vulgo Spatham vocant.* Ipsa est, & Romphæa, qua semper depingitur contra Mauros, vt Christianorum hostes; sed.

### Ad Num. 11. *Cuneum destruet.*

256 **C**uneus. Ait P. Pexenfelder, *Apparatus Eruditionis, verb. Acies*, cum angusta in fronte acies trigoni figura, paulatim se retrorsum pandit, vnde, & rostrum, & caput porcinum Græcis Delta. S. Isidor. *Etymologiar. lib. 9. cap. 3. p. 172. col. 2.* Edit. Matriti 1599. *Cuneus est collecta in vnum*



militum multitudo. Unde propter quod in vnum coit ipsa coitio in vnum, cuneus nominatus est, quasi conneus, eo quod in vnum omnes coguntur. Vegetius *de Re militari*, lib. 3. cap. 19. ibi: „ Cuneus dicitur „ multitudo peditum, quæ iuncta cum acie primo angustior deinde latior procedit, & adversariorum „ ordines rumpit, quia à pluribus in vnum locum tella mittuntur, quam rem milites nominant caput „ porcinum. Consulendus inter Commentatores Godescalcus Steovechius *ibid.* Samuel Pitisco, *Lexicon Antiquit. Roman.* Edit. Venetijs 1719. tom. 1. verb. *Cuneus quid sit in militia.*

257 *Destruet*, & multos cuneos ex quo visibilter in bello pluries in Hispania contra Mauros apparuit. S. Thom. à Villanova, *dicta concione S. Jacobi circa finem*, ibi: *Unde legitur in Historijs Apostolum visibilter in bello apparuisse.* Nam in bello Clavigij Ranimiro apparuit, & septuaginta mille Maurorum periere. Erze *part. 1. tract. 1. cap. 4. & tract. 6. cap. 7. n. 7.* D. Maurus Castella Ferrer, *lib. 3. cap. 7. 8. & 9.* De Apparitionibus S. Jacobi Apostoli pro Hispanis contra Mauros. Erze, *part. 2. tract. 3. cap. 1.* Illmus. Caramuel, *Theologia Regularis*, tom. 2. *Epist. 5. de Ordinibus Religiosorum Militarium*, num. 1363.

258 Regi Alphonso Septimo super Bæatiam apparuit: cui quidem pluries hoc ei idem accidisse in quodam Privilegio eiusdem, firmatum reliquit. „ Esto „ inspirandonos Dios con buena voluntad, y de todo „ corazon, en la fiesta de los Ramos, el Domingo, „ levantadas las manos en el concurso de hombres, y „ mugeres, prometimos al dicho Apostol nuestro Patron, y por cuyos meritos, y socorros, nosotros, y „ nuestros predecesores, firmemente creemos, que „ muchas vezes hemos alcanzado victorias.

259 Regi Ferdinando Secundo triplici vice apparuit, scilicet in Zenoseita, in Caceres, & in vrbe Civitatensi. Prima satis demonstratur ex Privilegio die octavo Maij, Era 1208. quod extat in Ecclesia D. Jacobi. Secundam, & tertiam satis firmant Lucas Tudenfis, in eius *Histor. lib. 4.* Ægidius Gonçalez, in *Historijs Civitatis Zamora, & Coria.* D. Constantinus Caietanus, in *Epist. Dedicatoria Vitæ Sancti Isidori ad Philippum Tertium,* & alios.

260 Demum satis indicat idem Rex in quodam Privilegio vbi inter alia hæc habet: „ Quien quisiere „ conservar el Reyno de España, y dilatarle, este con- „ sejo ha de seguir. Que procure tener propicio al „ Beatissimo Santiago, cierto, y especial Patron de „ las Españas. Yo Fernando por la misericordia de „ Dios, Rey del Cetro de Leon, Alferez de Santiago, „ con solitud insistiendo en este desseo.

261 Regi D. Alphonso Octavo in Arvis Oretanis ( vulgo *las Navas de Tolosa* ) apparuit, vbi ducentos mille Mauros perierunt; & ex Christianis solum occisi fuere viginti quinque, quod quidem valde ponderat S. Thom. à Villanov. *concione de Expeditione contra Turc.*

262 Regi D. Petro ab Aragonia, circa Urbem Oscæ ( apud Erze *supr. n. 20.* ) accidit anno Domini 1096. in arvis de Alcoraz, vbi visibiliter etiam apparuit S. Georgius, & tam magno geminato auxilio Jacobi Apostoli, & D. Georgi victoriam reportavit cum morte quatuor Regum Maurorum, quæ quidem habentur inter signa (vulgo *Armas*) Regni Aragonum. Et anno 1229. vt ait Abraham Bzobius, S. Georgium in prælio à Jacobo Aragoniæ Rege contra Sarracenos apparuisse, insignemque victoriam causasse. Vide *Baggatta Admir. Orbis Christ. tom. 2. lib. 8. c. 1. §. 3. n. 32.*

263 Ob id Aragonum Regnum votavit S. Georgium in Patronum illius Regni. Capella Regni est sub eius invocatione, Congregatio Nobilium eiusdem Civitatis est etiam sub eius nomine, vt ait P. Petrus Abarca, *in lib. Reges Aragonia, tom. I. in Rege D. Petro, cap. 2. pag. 137. & seqq.*

264 Ac demum illam Regiam aulam D. Georgij circumdant Regum Imagines, iam Aragoniæ, iam Hispaniæ quæ ab initio fuere vsque ad nostrum Pissimum Philippum Quintum, sed omnes quasi stantes in signum gratitudinis tanto beneficio. (*Psal. 121. v. 2. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem*) cum ab introitu portarum illius Sacræ Aulæ (vulgo Sala de S. Jorge) sint omnes in circuitu supradictæ Imagines, ac Efigies. Si quis velit Calvinum hæreticum, an in rerum natura extiterit aliquando S. Georgius dubitantem, ex asse iugulare, adeat P. Nicolauum Serar. *Opusculor. Theologicor. tom. 3. Opusculo litanenticus, 2. q. 20. pag. 81. 82. & 83. Edit. Moguntia 1611.*

265 De hac apparitione inter exteros punctim refert Joann. Bagatta Veronensis, Ord. S. Caietan. *Admiranda Orbis Christiani, tom. 2. lib. 8. cap. 1. §. 1. n. 38. & citat Bartholomæum de Rogatis, in Histor. Granata, part. 3. lib. 5. n. 80. Montis Aragonem Abbas Martinus Carrillo anno 931. tempore Regis Ranimiri III. cum in Compostellæ urbem introissent cum suo Rege Cordubæ, nomine Alahaca, & ibidem S. Jacobi Templum violassent, eius exercitus anhilatus est, & consumptus lethali feбри, vt ait Sampiro. Et anno 997. tempore Bermudi Regis (ait idem Carrillo) cum Almanzor idem Templum violasset, repentina, ac subitanea morte (de qua libera nos Domine) Agarenos interemit.*

266 Sed quid dicam de Ferdinando, & eius

coniuge Isabella? Quia secunda die Ianuarij Granatam à Mauris recuperarunt, in ipsamet die legitur in Officio lectione 9. sequentia. ,, Talibus igitur Parentibus orti, Ferdinandus, & Isabella Castellæ, & Legionis, Aragoniæ, & Siciliæ Rex, & Regina Clarissimi ( quorum tanta fuit pietas, clementia, & divini cultus studium, vt omnium consensu, Catholicorum Regum cognomentum promeruerint ) anno salutis 1492. quarto Nonas Ianuarij, Innocentio huius nominis Octavo Pontifice Maximo, Granatam opulentissimam Urbem ( quæ quondam Illiberis dicebatur ) Christo restituerunt. O victoriam optatissimam, & faustissimam ! O Foelicissimos, & Christianissimos Principes, assertores Religionis, columnas Fidei, Hispaniarum numina ! O aurea sæcula ! O fortunatissimos Hispanos, sapientissimorum Regum, consilij administratos, & nobilissimæ gentis divitijs, & commertijs auctos ! O Beatum Jacobum, Hispaniæ Patronum, cuius ope, & favore amplissimos triumphos, Ferdinandus, & Isabella reportarunt, florentissimum Regnum, fidei reddiderunt, & Mahometicam sectam longe à Bætica propulsarunt. Consulendus P. Ant. Escobar, *supr. dict. lib. 5. Jacobi Translatio, Paneg. 6. n. 10.* vbi plura remissivè.

267 Sed prætereundum non est, quod ait idem *supr. Paneg. 5. observ. 3. n. 15.* ,, Et quidem Jacobo abripitur in Deiparam. Testor delubrum illustrissimum quo Cæsaraugusta Jacobi ex ædificatione honoratur :: Apparuit equidem Deipara vivens in lachrymarum valle, Divo Jacobo Cæsaraugustæ oranti, de quo *tom. 3. lib. 3.* vt se concivem daret Hispanis, è quibus tot Martyres, tot Confessores, tot

57 Virgines ornaturi novam erant Ecclesiam. Cur ò  
 58 Mater fidelium Ierosolymam deseris, & in Cæsar-  
 59 augustam tendis? An vt peregrinationem ad tuum  
 60 Jacobum primam instituas? Certè sub specie pere-  
 61 grinantis ad Hispaniam venisti, vt tot Sanctorum  
 62 Regina colereris. Olim Regina Sabba fama Salo-  
 63 monis exaudita Ierosolymam venit. Quid quæreret  
 64 Regina? Respondet D. Isidorus lib. Allegor. ad 3.  
 65 Reg. 10. *In aperto peregrina, sed in occulto sanctorum*  
 66 *feri civis exoptabat.* Aptius, ò Hispaniæ decus, His-  
 67 palensisque ornamentum Ecclesiæ asseruisses Deipa-  
 68 ram Cæsaraugustam inisse in aperto Jacobi peregrina-  
 69 nam, in occulto autem exoptantem sanctorum esse  
 70 Regiam Hispanorum, qui tam ardenti in ipsam fe-  
 71 runt affectu.

268 Vener. Fr. Alphonfus Orozco, Ord. S.  
 Augustini, *Declamationes in Festa totius anni.* Salman-  
 ticae 1573. in 8. in *Fest. S. Jacobi.* ibi: „ Quinto de-  
 69 nique, mirabile est, quod duobus fratribus quo-  
 70 dammodo datum est quod nescientes petebant.  
 71 Planè Joanni data est dextera, quia in Asia Sa-  
 72 crum Christi Evangelium prædicavit, Asia vero ad  
 73 dexteram Hierusalem est. Jacobo autem sinistram  
 74 dedit Dominus, quia in HISPANIA primo fidem  
 75 Salvatoris plantavit. In qua novem tantum disci-  
 76 pulos lucratus est Christo. Quorum duobus relictis,  
 77 septem secum duxit in Iudæam. O quantus honor,  
 78 & gloria nobis Hispanis accidit, qui talem, tam-  
 79 que egregium habemus Patronum. Cuius Corpus  
 80 magno honore habetur in Compostella.

Hispaniæ  
 decus est  
 S. Jaco-  
 bus est.

269 „ O summi numinis magna erga nos cle-  
 81 mentia! Asia, Græcia, Ægyptus, & multæ Natio-  
 82 nes, proh dolor! cultum Dei reliquerunt, at in nos-  
 83 tra Hispania Fides intacta Christi Jesu, permane-  
 84 bit.

Hispaniæ  
 fides ma-  
 gna.



„ bitque, Domino opulante ad finem vsque Mund.  
 „ Non nostris meritis, sed precibus B. Jacobi Apосто-  
 „ li, sub cuius protectione sumus. Quod si aliquan-  
 „ do ob magna orthodoxorum scelera Hispania à Sar-  
 „ racenis capta fuit, adiutorio S. Jacobi restituta est,  
 „ & liberata. Quippe qui ante *CUNEOS* nostros sæpe  
 „ Apostolus hic visus est contra Infideles certare. Hac-  
 „ tenus Serv. Dei Orozco.

Ad Num. 12. *Suis nocentem.*

270 **S**uis nocentem; id est, etiam Lusitanis eo-  
 „ quia isti etiam à S. Apostolo Jacobo fue-  
 „ runt edocti, ac Fide Evangelica imbuti vt testatur,  
 „ inter alios, Laurentius Beyerlinch, *Theatrum vita hu-*  
 „ *mana, verb. Luzitani*, ibi: „ Quamvis Lusitani in vlti-  
 „ mum aliquem terræ angulum sint reiecti, tamen  
 „ S. Jacobum salutaris doctrinæ nuncium in Hispa-  
 „ niam missum constans plurimorum sententia, & an-  
 „ tiquissima monumenta fidem facere possunt.

271 Quod Hispaniæ nomine veniat Lusitaniæ  
 „ Regnum. S. Anselm. *lib. 1. de Imagine Mundi, cap. 18.*  
 „ apud Fr. Francisc. Petronium Agregentium, *Arbor de-*  
 „ *cora, & fulgida Genealogia SS. Ioachin, & Anna*, Edit.  
 „ Drepani 1686. *tom. 2. pag. 554. & seqq.* „ De origi-  
 „ ne Hispaniarum Regni, Terra vtique per omnia fœ-  
 „ „lix, & omnium pene rerum, optimarumque ferti-  
 „ „lis. Est autem à Septentrione Pyræneis montibus  
 „ „clausa, reliquis vero partibus vndique Mari con-  
 „ „clusis: eam irrigant quatuor magna flumina Be-  
 „ „this videlicet, & Minæus, Iberus, & Tagus, qui  
 „ „aurum trahit. Habet sex Provincias, Tarraconen-  
 „ „sem, Carthagenam, Lusitaniam, Gallæciam, Be-  
 „ „this

thicam, & Celtiberiam, quam præ allegatus Anselmus Timitamam vocat. Consule dict. sup. n. 204.

271 ,, Secundum à Deipara (ait P. Anton. Macedo, Soc. Iesu, *Divi Tutelares Orbis Christiani*, Edit. Ulyssipone 1687. Lusitania, pag. 248. extra med.)  
 ,, locum tenet S. Jacobus Maior Apostolus: causæ patrocinijs fuerunt: quia is Hispaniæ univ ersæ, cuius pars censetur Lusitania, primarius existit Patronus: item quia innumera illius precibus à Deo beneficia obtinuerunt Lusitani, vigente præsertim anteaëctis sæculis contra Sarracenos bello: Præterea, quia prima Christianæ fidei rudimenta didicere à S. Jacobo, Hispanorum Apostolo, & Magistro: rationi igitur, ac Religioni consentaneum erat, vt quem primum habuerunt fidei Magistrum, eundem etiam sibi Patronum adsciscerent.

272 Quod Lusitani post Deum invocantes Jacobum in prælijs contra Ecclesiæ inimicos sæpe victorias affecuti fuere, Alanus Copo Anglus, in *Dialogis contra Magdeburgenses*, *Dialog. 3. cap. 29.* Edit. Antuerpiæ 1566. in 4. propugnat, ibi: ,, Huc accedit quo tempore Franciscus Cortesius, novam Hispaniam primum ingressus eum Barbaris, & Paganis pugnasset, visus sit D. Jacobus Hispaniæ Patronus, & numen tutelare pro Christianis pugnare: Quem post Deum Lusitani invocando memorabiles contra Paganos, in Africa, & alibi sæpe victorias adepti sunt.

273 Quod Lusitani Reges in signum gratitudinis, Religionem Militarem S. Jacobi necessariam censuere in suis dititionibus erigere, firmat Illmus. D. Joann. Caramuel, *Theolog. Regular. tom. 2. Epist. 5. de Ordinibus Religiosorum Militarium*, n. 2362. ,, Tam utilis (ait) fuerat Castellanis S. Jacobi Militaris Religio vt Lusitani Reges necessarium censuerint, aut

„ eandem admittere , aut similem aliam fundare : Sed  
 „ quoniam Monasteria , quorum Capita sunt in Re-  
 „ gum aliorum ditioe à Politicis iudicantur suspecta,  
 „ decretum fuit , vt haberet Lusitania S. Jacobi Mili-  
 „ tes , sed qui non subessent Castellanis. Hoc consilio  
 „ D. Dionisius anno 1310. separavit Equites Lusita-  
 „ nos à Castellanis. Hanc ille ob causam instituisse di-  
 „ citur alteram S. Jacobi Religionem , illique aut à  
 „ Castellana separatae , aut de novo instituta Heroes  
 „ Nobiliores accensuit. Illam approbavit Nicolaus IV.  
 „ & Celestinus V. & alij Papæ confirmarunt. Habet  
 „ opulentas Commendas, & etiam num floret sub Re-  
 „ ge Catholico Administratore perpetuo. Huius Ordi-  
 „ nis Milites, Obedientiam, Paupertatem, & Castitatem  
 „ coniugalem profitentur: Tenentur Provincias suis  
 „ armis tueri, peregrinos recipere, & in victu, & ami-  
 „ ctu parcimoniam, & modestiam servare. Conventus  
 „ primus erat in Oppido, quod dicitur *Alcazar de Sal;*  
 „ at hodie est *Palmela*: Habet Sacerdotes qui oratio-  
 „ nibus pugnant, dum Equites orant lancea, & gla-  
 „ dio. Crux Castellanae est similis, vt tamen distingua-  
 „ tur ab illa, aurea peripheria exornatur. Vide lami-  
 „ nam n. 11. Petrus Noricius, *de Varia Historia, Dial.*  
 „ 3. cap. 1. Rodericus Mendez, *in Cathalog. Regio. fol.*  
 „ 84. & alij Lusitani Scriptores. Haecenus Cara-  
 „ muel. Et quo ad Crucis differentiam, novissimè fir-  
 „ mat Emin. Card. Petra, *in Constit. Apostol. Alex. III.*  
 „ incipiens: *Benedictus Deus, n. 5. tom. 2.* Et quod Sere-  
 „ nissimus Rex Lusitaniae Militiarum Iesu Christi, *Sancti*  
 „ *Jacobi*, & Avis sit perpetuus Administrator strenue  
 „ propugnat D. Franciscus Salgado de Somoza *de Regia*  
 „ *Protectione, part. 3. cap. 10. n. 304.* Et hæc de primo  
 „ Anagrammate.



# AD ANAGRAMMA SECUNDUM Observationes.

## INITIUM.

274



Ui hoc Anagramma *ab initio usque ad num. 20.* atentè perlegerit, fuisse hanc Sacratissimæ Virginis Mariæ Apparitionem, dum adhuc viveret, S. Jacobo Maiori, non dubitabit, vel prima huius Historiæ elementa ignorabit. Dabo nonnullos AA.P. Ant. Escobar, *in Evang. Sacra, tom. 5. lib. 5. Paneg. 5. observ. 3. num. 15.* ibi: *Apparuit equidem Deipara vivens in lachrymarum valle, Divæ Jacobo Cæsaraugusta oranti.* R.P. Fr. Petrus Lopez, Concionator Generalis, ac Prior Ord. Prædicator. *tom. 1. Triumphi Cæsaraugustani, fol. 222.* ibi: *Vino la Virgen del Pilar viva, pues vino en carne mortal.* Fr. Joannes Baptista Lezana, Hispanus Matritensis, *Annales Sacri* (Edit. Romæ 1650. in fol.) *tom. 2. Anno Christ. 36. & seqq. num. 25. pag. 116.*, iam quis nescit, quam certa, conf., tanque sit Cæsaraugustanæ Ecclesiæ, ac totius cum primis Hispaniæ fidelis Traditio, sacrosanctam Dei Parentem, cum adhuc in vita superstes esset, Jacobo Apostolo Zebedæi filio in Hispanijs prædicanti, & ad Ripas annis Iberi Cæsaraugustæ oranti, *super iaspideam columnam apparuisse*; moxque ab eodem Apostolo Mariæ monitu, ipsi Divæ Deiparæ Templum, seu sacellum constructum, consecratumque fuisse, quod nunc dicitur *Nuestra Señora del Pilar*, ac totius Orbis

„ veneratione celebratur , vt cuncti Hispaniarum An-  
 „ nales etiam testantur?

275 Idem *ibid.* num. 26. pag. 117. „ Magis cor-  
 „ roborat intentum, quod de Cæsaraugustana Æde su-  
 „ perius diximus. Si enim ea à B. Jacobo Deiparæ conf-  
 „ tructa est, *eadem ipsi apparente*, cohortante , aut præ-  
 „ cipiente , prout constans Traditio Hispaniarum te-  
 „ net; nec hoc vel levissimè eiusdem Virginis ingenio,  
 „ aut modestiæ haud conveniens iudicatur, prout in-  
 „ ter alios à calumnia vindicat Sanchez, *tract. 3. de Pra-*  
 „ *dicat. S. Jacobi in Hisp. cap. 8.* ( Novissime duos addo,  
 „ *part. 3. lit. P. circa fin. pag. 271.*) Quorsum, &c. Idem,  
 „ *Ann. Christ. 40. n. 11. pag. 122.* „ Hanc porro Historiam  
 „ de fundatione Angelicæ domus S. Mariæ de Colum-  
 „ na, vulgo *del Pilar*, Cæsaraugustanæ Civitatis, adeo  
 „ firmissimis fundamentis stabilitam inter Hispaniæ  
 „ monumenta comperiet lector, vt nihil sacratius, ni-  
 „ hil venerabilius, nihilque hominum animis infixius  
 „ esse, faciliè comprobetur. Operosum valde, nobisque  
 „ veluti extraneum est ea adamussim referre. Cui ta-  
 „ men id utile, & commodum sit, adeat Vasæum, Beu-  
 „ terum, Goes, Garibay, Morales, Illescas, Zuritam, &  
 „ plerosque Hispanicarum rerum Chronologos, rem-  
 „ que Pontificijs Diplomatis, Regijs Edictis, Sancto-  
 „ rum testimonijs, Ecclesiarum Traditione, aliisque  
 „ fulcimentis, satis, superque firmatam habebit. Idem  
 „ *Ann. Christ. 83. n. 7. & 8. pag. 202. & seq.* reppetit, ac, quæ  
 „ antea dixerat, indigitat. Idem *Maria Patrona seu de sin-*  
 „ *gulari SS. Virginis Mariæ Patronatu, & Patrocinio in*  
 „ *sibi devotos, &c.* (Edit. 2. Bruxelis 1651. in 8.) *cap. 1. n. 8.*  
 „ *ibi: Cæsaraugusta, quæ Deiparæ præsentia Templo ipsi pri-*  
 „ *mitus dicato, pluribusque ipsius monilibus gratiarum pe-*  
 „ *titur.*

276 D. Antonius Joannes Garcia de Caralps;



Cañonicus Pœnitentiarius Ecclesiæ Barcinonensis, & Subcollector Apostolicus, in lib. Hispano, *Historia de San Oleguen, Arzobispo de Tarragona, y Obispo de Barcelona* (Edit. Barcinone 1617.) in 4. part. 1. cap. 40. §. 4. fol. 31. ibi: ,, Aver venido la misma Virgen Santissima en ,, ella (*id est Casaraugusta*) personalmente, siendo viva, ,, honorificamente trahida, y levantada por ministerio ,, de los Angeles, &c. *Et part. 3. ad cap. 2.* ( Summaria Recopilatio libri latini de Canonizatione Sanctorum in honorem S. Ollegarij) *Digression 4. §. 4.* ,, La peregrinacion de San Jayme el Mayor para predicar el ,, Evangelio en España, fol. 145. En la dichosissima ,, Ciudad de Zaragoza (*ait*) estando San Jayme con- ,, gregado con muchos de sus Discipulos, haciendo ora- ,, cion à Dios, y à Nuestra Señora, tuvo vna vision muy ,, clara, y manifiesta, que le apareció ocularmente N. ,, Señora encima de vn Pilar, ò Columna. *Et prosequitur.* Advierte, lector, que en esse tiempo vivia la Vir- ,, gen Madre de Dios, la qual milagrosamente FUE ,, EN PERSONA LLEVADA POR LOS ANGE- ,, LES A ZARAGOZA, &c. *NOTA.* Quod iste Scrip- tor dictam Digressionem 4. p. 150. sic terminat: ,, Ha- ,, llandome en Roma tratando este articulo, con el ,, Grande Baronio, antes de ser Cardenal, y despues, ,, me mandò que escribiesse estas razones, para que ,, otros no tuviessen ocasion de dudar de nuestra Tra- ,, dicion. D. Didacus del Castillo, Prior, & Canonicus S. Ecclesiæ Palentinæ, in lib. Hispano, *Defensa de la ve- nida, y predicacion Evangelica de Santiago en España,* cap. 7. fol. 27. pag. 2. **QUE LE APARECIO SIENDO AUN VIVA, sobre una Columna de Marmol.** *NOTA.* Hic Scriptor, in Prologo ad lectorem, de Baronio hæc ait: ,, Lo que puedo decir con verdad, y con juramento, ,, es, que yo di este mi libro en latin, al Cardenal Baro-

„nio, de buena memoria, y lo leyò con particular cuy-  
 „ dado. Y despues delante de muchos Cortesanos, cria-  
 „ dos suyos, que le iban acompaõando, me dixo en  
 „ Italiano las palabras, que yo aqui pongo en Espaõol:  
 „ Que el libro se echaba bien de ver, que estaba muy  
 „ bien trabajado, que lo imprimiessè; y bolviò à repe-  
 „ tir: Imprimidlo para que no se engañen otros acerca  
 „ la venida, y predicacion de Santiago en España, que  
 „ yo me maravillè de tanta humildad.

277 Permittatur mihi hæc digressio: Duo Scrip-  
 tores habemus pro retractatione Baronij erga dubita-  
 tionem Adventus ac Prædicationis S. Jacobi in Hispa-  
 nia. Hæsitabit ne adhuc Criticus de eius retractatio-  
 ne? Iam coniector, munitos cum R. P. Fr. Francisco  
 à Iesu & Xodar, cinco Discursos por la venida de Santiago  
 à España, Discurs. 5. pag. 168. ibi: Hizo Retræctacion el  
 Cardenal Baronio en otras materias, y na en esta Criticos  
 dicere: Si suam dubitationem retractasset, sicut alia  
 plura in scriptis retractavit, scripto eam reliquisset:  
 Non habemus hanc scriptam. Ergo quia non retracta-  
 vit. Respondeo, & quis potest certo asfirmare, ac asse-  
 verare, doctissimum hunc Carmelitanum Scriptorem  
 supradictos Authores, in quibus Baronij retractatio in  
 voce annotatur, ante sui libri editionem legisse? Non  
 Garcia de Caralps librum, quia quinque annis post-  
 quam scripsit Xodar, fuit editum. De libro Didaci del  
 Castillo, coniectura duco ad suspicandum etiam non  
 vidisse, quia alter Cæsaraugustæ, alter Matriti fuit edi-  
 tus, & licet quatuor annos antistet, non est argumen-  
 tum ad asseverandum Fratrem Xodar vidisse: Nam li-  
 ber D. Joannis à Ferreras, *Synopsis Historia Hispania, to-  
 mus secundus*, fuit editus Matriti anno 1702. & quinta  
 trieterides fuit transacta, antequam in Urbe Cæsarau-  
 gustana tale opus videretur.

278 Sed hoc argumentum, meo videri, facile dissolvitur hac instantia. S. Augustinus in Epistolas, & Sermones ad Populum nullam retractationem fecit: Ergo noluit ea retractare? Est falsa consequentia, ex verbis eiusdem S. Doctoris, *lib. 2. Retract. cap. 67. in fine.*

„ Hæc opera ( inquit ) nonaginta tria in libris ducen-  
 „ tis triginta duobus me dictasse recolui, quando hæc  
 „ retractavi, vtrum adhuc essem aliquos dictaturus ig-  
 „ norans; atque ipsam eorum retractationem in libris  
 „ duobus edidi vrgentibus fratribus, ( Nota sequentia )  
*antequam Epistolas, ac Sermones ad Populum, alios dicta-  
 tos, alios à me dictos emmendare capissem. Et in Epist. 224.  
 Quadvult deo, tom. 2. col. 820. Editionis Maureanæ:  
 Agebam vero rem plurimum necessariam: nam retractabam  
 opuscula mea, &c. Restabant Epistolæ, deinde tractatus Po-  
 pulares, quos Græci Homilias vocant ::::: dispono ( si Deus  
 voluerit ) & quod possis incipere, simul agens utrunque,  
 & hoc scilicet ( responsio ad Juliani libros ) & illud de  
 Retractatione Opusculorum meorum nocturnis, & diurnis  
 temporibus in singula distributis.*

279 Si S. Augustinus geminata vice Retractatio-  
 nis Epistolarum, & Sermonum ad Populum voluntatem  
 scripsit: Baronius geminata vice D. Didaco del Casti-  
 llo dixit in voce, *que lo imprimiessè, y bolviò à repetir.*  
*Imprimidlo, &c.* & tertia vice D. Antonio Joanni Gar-  
 cia de Caralps. Ergo si non est dubitandum de volun-  
 tate S. Augustini quoad Epistolarum, & Sermonum ad  
 Populum Retractationem faciendam ( etsi morte præven-  
 tus non habuit effectum ) ob gemminationem clausula-  
 rum, & locorum ubi hoc explicat *ex Clement. 1. de Re-  
 bus Eccles. Nec dubium est, quin seriôsè fuerit dictum, cum  
 toties fuerit reppetitum. Ex Ulpiano J. C. in l. 1. §. Scien-  
 dum 7. vers. Ego puto Adiles tollendè dubitationis gratia  
 BIS idem dixisse, ne qua dubitatio superesset, ff. de Adili-*

*titio Edicto.* Ac demum ex Sacra Scriptura (Gen. cap. 41. v. 32.) Ubi Patriarcha Joseph, Pharaoni dixit: *Quod autem vidiſti ſecundo ad eandem rem pertinens ſomnium: firmitatis inditium eſt:* Hoc idem potiori iure, quia triplici vice explicuit Baronius, de eo iudicare debemus, ſcilicet; quod morte præoccupatus, huiusce Retractionem in ſcriptis non reliquit. Niſi velit Critices, vt tempus, quod Deus S. Auguſtino concedere noluit Emin. Cardin. Baronio largè conceſſit, quod quidem nemo probabit. Vel niſi audacter Critices explicet, plus utilitatis toti Orbi literario, & Eccleſiæ; Retractionem ſupradictam Baronij afferre, quam tanti Doctoris Eccleſiæ (vt eſt Auguſtinus) iam in *Epistoſularum*, & iam in *Sermonum ad Populum Retractione*, quod nephas eſt dicere: (*Nota*) Hæc de Baronio *ad 3. part. lit. C. Cardinalis Ceſar Baronius, fol. 239.* expectant; ſed quia illa Pars fuit antea edita; quam ad ſecundum Anagramma hæc obſervationes, ob id, adducitur: Ut ſi hic quod ibi ſcripſimus, non ſuadet Criticæ, quod hic annotamus de Baronio, perſuadeat.

280 Adde, quod idem Cardinalis, *tôm. 12. Annual. in Appendice Additionum ad tom. 1. Apparatum*, dixit hæc: *Nobilia ergo magis laborent ingenia, quomodo, quod per mille, ac ſexcentos forme annos oſtenditur in Eccleſia eſſe receptum, conſiſtere poſſit, & vt firmum perſiſtat, quæque aduerſantia receptæ iam conſuetudini, licite corrigant, & emmendent.* Iunge hæc omnia, quæ quidem, ni fallor, non ſolum ſuadent, ſed convincunt. Si tamen nihil movent, dicam, quod S. Auguſtinus, *lib. 3. de Civ. vit. Dei, cap. 18.* Mutare ſententiam, quam defendere nequeunt, crubeſcunt. In caſſu ſimili meus Doctor Maximus Hieronymus, *ad Luciferianum in fine*, vbi ait: *Unum tamen tibi conſiteor :::: facilius eos poſſe convinci, quam ſuaderi.*

Ad Num. 13. *Dei Genitrix.*

281 **C**onsulendi Mastellonius, Michovien-  
 sis, Petra Sancta, & Justiniani, supra  
 laudati n. 172. in dict. Litaniam lau-  
 retanam, in Epitheto *Sancta Dei Genitrix*. Titulus Dei-  
 genitricis omnes laudes Dei complectitur. D. Step-  
 hanus Salazar Carthusianus, *Genealogia Jesu Christi*, &c.  
 (Edit. Lugd. 1584. in 4.) lib. 1. n. 39. in princip. *His*  
*paucis verbis (de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus)*  
*complexus est Mathæus, quidquid encomiorum in Beatissi-*  
*me Virginis Mariæ Theotochu prædicationem conferri po-*  
*test.* Et ratio est, quia Maternitatis Divinæ Dignitas  
 suo genere est infinita: quia est quædam suprema cum  
 persona infinita coniunctio, vt ait meus Angelicus Præ-  
 ceptor, 1. part. q. 25. art. 6. ad 4. Et S. Bernardin. Sen-  
 tom. 3. serm. 1. art. 2. cap. 1. de ipsa loquitur: *Ipsius ta-*  
*men, & filij eadem est natura (ait) ergo idem locus erit:*  
*qua propter, & merito, & loco vicinissima erit filio suo,*  
*non secus, ac stella Polaris polo suo.* Ob id S. Anselmus,  
 apud P. Petrum Morales, Soc. Ies. in cap. 1. *Mathei in*  
*epist. ad lector, n. 3.* ait: *De Maria asserere, quod Mater*  
*Dei est, superat omne quod sub Deo dici potest.* Consule P.  
 Suarez, in 3. p. D. Thom. disp. 10. sect. 7. vbi hanc quæ-  
 tionem disputat, ac Magistralter, prout de more, re-  
 solvit. Ex asse P. Joannes Cardenas, Soc. Ies. *Geminum*  
*fidus, sive duplex disputatio de infinita dignitate Matris*  
*Dei, atque eius gratia habituali infinita simpliciter.* Edi-  
 tio secunda Lugduni 1673. in 8. S. Petrus Damianus  
 apud eundem in fronte dicti Tractatus: *Comparatur, ro-*  
*tunditati gloria Mariæ; principium ignorat, nescit fi-*  
*nem.*



*Dei Genitrix.* Ad illa verba, *Ecce ancilla Domini, &c.* ait S. August. *Tuq̄ ò Sancta venerabilisque humilitas; tu Dei filium descendere fecisti in utero S. Mariae Virginis: tu enim fecisti involvi vilibus pannis, ut nos indueret virtutum ornamentis: tu enim circumcidisti in carne, ut nos circumdideret in mente,* apud Fr. Aloisium Manrique, Ord. Præd. in libro D. Caroli Mariæ Carrafa, Ex Italo in Hispanum translato: *Camino seguro del Cielo, &c.* Panormi 1691. in 8. cap. 22. n. 241. Ex quibus infero, quod si Maria, è Coelo ad terram Deum trahere potuit, potius erit potens ad elevandam meam miseriam (etsi maximus sim peccator) è terra ad Cœlum: *Tantummodo itaque velis salutem nostram, & verè nequaquam salvi esse non possumus.* Pro me mutuans verba S. Anselmi, *de Excell. Virg. cap. 12.* apud laudatum Patrem Cardenas, *supra cap. 17. num. 213.* *Unam petij à Domina hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vite meae, ut de Domino ait David Psal. 26, v. 4.*

*Mosayce superas Virgo miracula virge;*

*Illam salum potuit pandere, tuque Polum,*

### Ad Num. 14. In Columna apparens.

**S**ic Calixtus Papa III. B. Jacobo Maiori in *Columna marmorea apparuit*, relatus *supra n. 42.* P. Melchior Inchofer, *coniectat. de Epist. B. M. V. ad Messanens. cap. 2. fol. 14.* ibi: *Quam ipseus Deipara in Columna apparentis manu, &c.* Sed intelligitur super Columnam sic Oratio, quæ quater quotidie ibidem legitur, quam transcripsimus *Part. I. n. 18.* Joann. II. & Dominus Ferdinandus in suis Privilegijs, allatis *Part. 2. n. 57. & seqq.* Kalenda, ut vide-

re est *Part. 3. lit. K. Historia Antiqua B.M.V. à Colum-  
na, relata supra n. 30. Hieron. Pardo, Excellent. D. Ja-  
cobi, part. 2. lib. 3. cap. 11. Ludov. Hernandez, Universal  
Redempt. p. 2. lib. 2. Cant. 11. pag. 200. vbi geminata vi-  
ce hoc firmat P. Petrus Medrano, S. I. Rosetum Theolo-  
gicum, tract. 9. de Deipara Domina, disp. 1. sect. 1. Sub-  
sect. unica, n. 4. Quia saxum, vel columna in eo cernitur  
(ait Omnisocius Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 9. n.  
16.) quam ipsam Sacram Virginem suis pedibus calcasse,  
eadem docet Traditio. Non ambiguo R.P. Fr. Antonium  
ab Annuntiatione: Quodlibeta Theologica Mystica, &  
Moralia, (Edit. Matrini 1712. in 4.) Quodlibeto 5. art. 1.  
n. 10. fuisse, regulariter, per Angelos factas. Nihilomi-  
nus ex dictis duo inferuntur. Primum, non fuisse hanc  
apparitionem per Angelum factam, vt ait P. Suarez,  
vbi supra, quod quidem punctim in Tomo de Angelis,  
lib. 6. cap. 21. n. 23. repperit: Nam etiam in corpore mor-  
tali vivens Jacobo in Hispania apparuisse creditur, quam  
apparitionem IN PROPRIA PERSONA FUISSE FAC-  
TAM Angelis illam deferentibus.*

284 Secundum dum adhuc viveret venisse. Sic  
Oratio, sic Calixtus Papa III. sic Reges Joannes II. &  
Ferdinandus, sic Historia antiqua B. M. V. in locis su-  
pra citatis. Sic sententia Joannis Ferrer in favorem Ec-  
cles. de Pilari, cuius fragmentum extrat infra part. 3.  
pag. 274. Sententia Joannis Ferrer: Sic sententia Curie  
Domini Iustitiæ Aragonum, cum motivis D. Michaelis  
Martinez del Villar, n. 1. Melchior Inchofer, vbi supr.  
ibi: Testatur celeberrima *Ædes Casaraugustana*, quam ip-  
sus Deiparae in columna apparentis monitu Jacobus, &c.  
P. Petrus Medrano, vbi supr. ibi: Idque convincitur ex  
Sacris Templis eorum tempore constructis in cultum Dei-  
para Domine adhuc superstitis, inter quæ solemne est,  
quod ex ipsius iussu apparitioneque super columnam, Ca-  
sarauguste crexit S. Jacobus Maior, Hispaniarum Patro-

*nus, Apostolus; UT CERTO CERTIUS EST. P. Cani-*  
*fius de Maria Deipara, lib. 5. cap. 21. ibi: Ob pylam, sive*  
*columnam in qua videndam ipsa se præbuit. P. Gaspar*  
*Kummet, Magistra scientiarum Scriptura Sacra, tom. 2.*  
*in Acta cap. 12. v. 2. Hic (S. Jacobus Maior) extruxit*  
*Oratorium Cæsaraugustæ Deiparæ ibidem ei adhuc in vita*  
*comparentis. Serva Dei Mariæ Iesu de Agreda, Mysti-*  
*ca Civitas Dei, p. 3. lib. 7. c. 17. n. 349. Illmus. Marcellinus*  
*Siuri, Episcop. Cordub. Tractatus in Evangelia, tom. 1.*  
*tract. 1. Isagogico, n. 115. P. Nicolaus Serarius, Opusculo*  
*de Apostolis, Assert. 87. Author libri Goncionator Extem-*  
*poraneus; & demum Cornel. Alapide, in Acta cap. 12.*  
*v. 2. fol. 209. col. 2. vers. Sexta. Edit. Antwerp. 1673.*

285 Præterea, quod, dum in humanis esset, ap-  
 paruit Jacobo Maiori Cæsaraugustæ, non est contra  
 Historiam, nec Chronologiam: Nam Jacobus Maior  
 vixit vsque ad Annum Christi 44. P. Michael Pexenfel-  
 der: *Florus Biblicus ex Historia Sacra Veteris Testamenti,*  
 Edit. Straubingæ 1672. *Narratio* 116. pag. 639. ibi: *Is*  
 ( id est Agrippa ) *Jacobum ( cognomento Maiorem Joan-*  
*nis Apostoli Fratrem ) Hierosolymis capite minuit, Anno*  
*Christi 44. Act. 12. Idem in libro Apparatus eruditionis,*  
*cap. 68. seculo 1. pag. 455. ibi: Martyrium S. Jacobi*  
*Hierosolymis, Anno 44. Fr. Egidius à Præsentatione, de*  
*Immaculata Conceptione, lib. 3. art. unic. sect. 4. S. 3. ibi:*  
*Quare illa opinio mihi fit verisimilima, quæ affirmat Ja-*  
*cobo Hierosolymis ab Herode Agrippa occisso ( Act. 12. )*  
*anno Domini 44. Claudij 2. D. Jann. Baptista Ballester,*  
*Lapis lydius veritatis, Exam. 7. n. 8. vbi citat Baronium,*  
*pluribus in locis Fr. Ignatius Brentano, Ord. S. Bened.*  
*Epitome Chronologica Mundi Christiani, Anno Christi 44.*  
*Gavantus, Thesaurus Sacror. Rituum, tom. 2. sectio. 5.*  
*cap. 3. n. 1. Fr. Augustin. Calmet, Ord. S. Bened. Pro-*  
*legomena, & Dissertationes in Sacr. Script. tom. 2. Prole-*

gome. in *Acta Apostolor. in Tabula Chronologica. Et in Epist. S. Jacobi, lit. A.* vbi Martyrium fuisse à Christi obitu anno 10. P. Guilielmus Cupero, *Acta Iulij, tom. 6. Die S. Apostoli Jacobi Maioris, part. 1. §. 3. num. 26.* Fr. Franciscus Petronius Agrigentinus, Ord. Minor. *de Genealogia SS. Joachini, & Annæ, Edit. Drepani 1686. tom. 1. fol. 235.* Anno Mundi 4037. ibi: Anno Christi 44. inchoante Imperij Claudij 2. Regis Herodis Agrippæ 3. Olympiade 205. Anno 3. Ab vrbe Roma condita 796. à Nativitate SS. Virginis 59. S. Joannis Evangelistæ 49. Jacobi Minoris 77. S. Simonis Episcopi 55. S. Pauli Apostoli 43. S. Dionisij Areopagitæ 36. Jacobus Apostolus, filius Zebedæi, Joannis Evangelistæ Frater, ab Herode Agrippa Rege Judæorum occiditur anno ætatis suæ 67. vt tradit Christophorus de Castro, Dionisius Petavius Aurelianensis, in *suo Rationario temporum, Edit. Paris 1641. part. 1. lib. 5. cap. 3. pag. 287.* vbi citat Josephum, *lib. 19. cap. 4.* Stephan. Menoch. *Soc. les. Hist. Sacr. Act. Apostolor. lib. 2. cap. 6.* Editum Romæ Italicè 1654. in 4. A quo Herodum fuisse capite truncatus poterat hic discuti. Sed primum Herodem Ascalonitam non fuisse, est certissimum, quia in Evangelio Math. 2. dicitur *de sancto Herode*, qui fuit Ascalonita, qui necavit pueros, & hoc accidit multo ante Christi Domini nostri prædicationem. Inter Herodem Antipam, & Herodem Agrippam volunt nonnulli controvertere dicendo fuisse Antipam. Sed communior, ac receptior opinio stat pro Herode Agrippa. Hinc illi versus apud Fr. Ant. Gisland. in *Epiphan. Domini, dub. 7.*

*Ascalonita necat pueros, Antipa Joannem,*

*Agrippa Jacobum, claudens in carcere Petrum.*

286 D. Stephanus Salazar, Ord. Cartusianor. *Genealogia Christi Redemptoris nostri, secundum Matbaum,*

(Edit. Lugd. 1584. in 4.) *lib. 2. n. 1. circa fin.* Novissimè P. Guilielmus Cupero, *ubi supr.* P. Thomàs Masucius, *in Vita S. Pauli, lib. 3. cap. 8.* Late apud me in *Biga Sacrar. concertation. Sac. concert. 1. Lychnus Boanergicus artic. 4. §. 7.* Negat tamen fuisse Herodem Agrippam P. Joana. Harduinus, Soc. Ies. Presbyter, *Chronologia ex Nummis antiquis restituta. Prolusio de Nummis Herodidum* (Edit. Paris 1693 in 4.) *ad Annum Christ. 42. pag. 51. & seqq.* Sed hæc quæstio extra nostram causam est, dummodo nobis concedant fuisse Martyrio coronatum anno Christi 44. quod quidem pro tan certo Vener. Fr. Joan. Baptist. Lezana, *Annales Sacri* (Edit. Romæ 1650. in fol.) *tom. 2. anno Christ. 36. & seqq. n. 25. pag. 116. fir nat, vt dicat: Equidem constat omnium attestatione Jacobum ante Deiparam Martyrio occubuisse, nimirum anno Christi 44. vt Annales Ecclesiastici reddunt.*

287 Ob id Rupertus Abbas, *lib. 1. in Cant.* apud Fr. Angelum de Pas, *Expositio in Symbol. Apostol. lib. 5. art. 3. pag. 143. col. 2. extr. med.* Edit. Romæ 1611. in fol. sic affatur Mariam: *Tanquam malum panicum in medio tintinabalorum, & tu præcipue fuisti Virgo Virginum, in adiutorio, & etiam in regimine predicantium Apostolorum.* Et paulo inferius *An quia Spiritus Sanctus illos docuit, id circo tuæ vocis magisterio non illis opus fuit? Immo vox tua vox illis fuit Spiritus Sancti in Pulsandum igitur erat ad ostium veritatis, & consulendum Oraculum Spiritus Sancti, scilicet Sacrum pectoris tui, vt viva voce omnem necessario tenendam demonstrares regulam fidei, cum testimonio scripturarum, quas memoriter retinebas, Prophetissa magna, & capax omnium scripturarum.*

288 S. Anselm. *de Excellent. Virgin. cap. 7.* Erat præterea, vt hic quidem videtur, utilis, & necessaria fidei nostræ conversatio sua, post Ascensionem Do-



,, mīni, inter Apostolos eius; quia licet ipsi per reve-  
 ,, lationem Spiritus Sancti edocti in omnem fuerint ve-  
 ,, ritatem; incomparabiliter tamen eminentius, ac ma-  
 ,, nifestius ipsa per eum Spiritum veritatis, illius veri-  
 ,, tatis profunditatem intelligebat, & per hoc multa  
 ,, eis per hanc revelabantur, quæ in se non solum sim-  
 ,, plici scientia; sed ipso effectu ipso experimento di-  
 ,, dicerat de Mysterijs eiusdem Domini nostri Jesu  
 ,, Christi.

289 Fr. Nicolaus Grenierus, Cænobita, Religio-  
 sæ domus S. V. *Thesaurus præconiorum Deiparæ Virginis  
 Maria ex dictis authenticis contextus* (Edit. Paris 1539.  
 in 8.) inter alias rationes ob quas oportuit Mariam diu  
 suo filio Domino nostro Jesu Christo supervixisse, in  
 cap. 44. triplicem firmat. ,, Prima, Maria ad Ecclesiæ  
 ,, utilitatem in terris mansisse, ad solatium fidelium, vt  
 ,, mortuo Sole Iustitiæ Christo, subesset pulchritudo  
 ,, Lunæ, id est Mariæ, aliter in tenebris ambularent. Se-  
 ,, cunda, vt Apostolos plenius de Verbi incarnati Mys-  
 ,, terio edoceret, vt quod per revelationem Spiritus  
 ,, Sancti didicerant: ipso experimento, ac effectu scie-  
 ,, bat melius Maria, S. Anselm. *de Excellent. B. M. V.*  
 ,, cap. 7. Tertia, vt nostra fides magis solidaretur. Regina  
 ,, Sabba venit in Judeam (1. Reg. 10.) ob Salomonis  
 ,, sapientiam. Paulus venit Hierosolymam (vt ait ipse  
 ,, ad Galat. cap. 1. v. 18.) videre Petrum.

290 Quot annos vixit Sacratissima Virgo Ma-  
 ra? R. Petrus Canisius *de Maria Deipara Virgine, lib. 5.*  
 cap. 1. ibi: ,, Tamen probabilior nobis illorum appa-  
 ,, ret sententia, qui longioris vitæ spacium *MARIÆ*  
 ,, post assumptum in Coelos filium assignant, vt nimi-  
 ,, rum ad ætatem provec̄tam, multamque senectutem  
 ,, pervenerit, atque sic annum septuagesimum, vel  
 ,, attigerit, vel excefferit. Citat Epiphanium, Glycam,

& Andræam Cretensem, P. Alphonsus Ezquerra, *Pas-  
sus de la Virgem, Passo 19. cap. 3.* ,, De la edad que mu-  
,, riò la Virgen no ay cosa firme. La mas comun, y  
,, mas seguida es la de S. Epifanio, *lib. de Beata Virgine,*  
,, que dice viviò setenta y dos años. P. Melchior Cas-  
tro, *Historia de la Virgen* ( Edit. Compluti 1607. in 8. )  
*lib. 1. cap. 24. in fine, pag. 138.* ,, Maria Virgen passò  
,, de esta vida à los quinze de Agosto, teniendo casi  
,, cumplidos setenta y dos años, &c. P. Suarez, *in 3.*  
*part. tom. 2. disput. 21. sect. 1.* ait : Ultima vero sen-  
tentia, quæ in re ambigua verisimilior videtur est, Bea-  
tam Virginem mortuam fuisse anno ætatis septuages-  
simo secundo, vbi citat Epiphanium Cedrenum, &  
alios. Antonius à Sousa Mazedo, *Eva, & Ave* ( Edit.  
Ulysip. 1676. in fol. ) *part. 2. cap. 67. num. 2.* ibi:  
,, Sendo à Senhora de quasi setenta e tres annos, aos  
,, cincoenta e sete, ou cincoenta e oito do Nascimento  
,, de Christo, vinte e tres depois da sua Ascençaõ,  
,, segundo a opiniaõ melhor. D. August. Sarmiento de  
los Salvadores, in Peruano Regno, S. Sebastiani Paro-  
chus, *in lib. Clarin de la Aurora, y Excelencias de Maria*  
*Santissima sin pecado concebida* ( Edit. Limæ 1669. in 4. )  
*discurs. 2. fol. 7. Et discurs. 8.* cuius Epigraphæ pars est:  
*Dividese en setenta y dos Articulos, consagrados à los se-*  
*tenta y dos años de su edad inculpable.* Ferreolus Locrius  
*Maria Augusta, lib. 6. cap. 10.* tres sententias refert, &  
ultima est quod septuaginta duos annos vixit. Et qui  
plures sententias refert ultimæ adhærescit. Nostras D.  
Didacus Francès de Urritigoiti : *Forum Conscientiæ, si-*  
*ve Pastorale internum, part. 3. voto 10. n. 60.* ,, Doctor  
,, (ait) si expressè non dicat, censetur approbare Opi-  
,, nionem Authoris ab eo ultimo loco relati, vt pro-  
,, bat text. in leg. Si idem cum eodem, §. Si Actio  
,, in fine vbi Gloss. in verb. Eorum sententia, & Gloss.  
,, mar.

„ margin. ibid. verbo Proximis, vbi Albericus, & Jaf-  
 „ son, ff. de iurisdiction. omn. iud. Fr. Franciscus An-  
 tonio ab Agrigentino, Ord. Minor. *Arbor decora, & ful-  
 gida Sanctorum Joachini, & Anne, tom. 1. anno Mundi  
 4050. Christi 57. fol. 239. Et tom. 2. fol. 562.* Edit.  
 Drepani 1686. in fol. plures referens. Fr. Joannes de  
 Castilla, Ord. Carmelitar. geminata vice Provincialis  
 Beticæ Provinciæ, *Discursos Predicables, Opus Posthu-  
 mum per Frat. Franciscum Navarrum, Priorem de An-  
 tequera, publicatum Hispali, part. 3. disc. 5. num. 407.*  
 Fr. Ciprianus à Sancta Maria, *Varias alusiones de la Di-  
 vina Escritura, Edit. Granatæ 1654. in 4. pag. 293.*  
 An in Cœlo suscitaverit deportantes Angeli eiusdem  
 corpus? Firmat, & probare intendit, idem: *Diligente  
 examen de vna proposicion, &c.* Edit. ibid. 1645. in 4.  
 Ego vero sentio Christum circumfussum Cœlesti Curia  
 ad Matrem descendisse, vt eam secum in gloria, &  
 honore deduceret, vt firmat Omniscius Suarez, in 3.  
 part. D. Thoma, tom. 2. disput. 51. sect. 4. in fine.

289 Ex quibus omnibus patet Jacobæum ad His-  
 panos adventum, & Sacræ Deiparæ eidem Apostolo  
 Apparitionem, non esse nec Historiæ, nec Chronolo-  
 giæ adhuc in minimo contrarias: Ergo pro nostra sen-  
 tentia partam habemus veritatem: „ Ubi enim hæc,  
 „ & alia heiusmodi multa convenire viderimus ( vt  
 „ Tornielli, *Annales Sacri, in Prefacio, n. 10.* verba mu-  
 „ tuem ) magnum profecto argumentum habebimus  
 „ partæ veritatis, cuius proprium est, nihil repugnans,  
 „ nihil implicans in re admitere. Sed quia omnibus de-  
 bitores sumus, summe ex eodem Illmo. Scriptore, idem  
 Anagramma cum expressa voce *Vivens*, edoctus à Lip-  
 sio: *Res, non quia magna bona; sed quia bona magna. Quam-  
 vis laudabilis vena suum servat originem, Casiod. lib. 3.  
 epist. 6.* tam in magnis, quam in parvis Illmi. operibus.

180 *Opusculo Hispano-Latino,*  
**PROGRAMMA ANAGRAMMA**  
**Secundum. Secundum.**

292 Salve Regina,  
 Mater Misericordiae, vi-  
 ta, dulcedo, et spes  
 nostra salve. Ad te cla-  
 mamus exules filii Hevae.  
 Ad te suspiramus, ge-  
 mentes, et flentes in hac  
 lacrymarum valle. Eia er-  
 go advocata nostra, illos  
 tuos misericordes oculos  
 ad nos converte. Et Je-  
 sum benedictum fructum  
 ventris tui, nobis post  
 hoc exilium ostende. O  
 Clemens, o Pia, ò Dul-  
 cis Virgo MARIA.

*Dei Genitrix*  
**VIVENS**  
*In Columna apparens*  
*ad Flumen Iberum,*  
*juxta Caesaraugustam,*  
*ad Dei gloriam,*  
*suimet laudem,*  
*Jacobo jussit suo*  
*conderet Sacellum,*  
*felicem tutelam*  
*Hispaniae.*  
*Alati Angelorum chori*  
*laotantes edunt*  
*dulces sonos,*  
*saeros Hymnos.*  
**DOMUS AUREA**  
*Os veritatis es,*  
*feres opem*  
*Vero cultu*  
*eodem teste*  
*os occlades*  
*Critico errori:*  
**LITES SILETE.**

**Probatio Anagrammatis secundi.**

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	r	s	t	u	x	y	omnes
26	2	14	11	38	3	4	3	25	16	15	13	21	4	17	27	20	24	2	1	286

PRO- Post

293 Post huiusmodi non iniucundum interval-  
lum, veniamus iam ad illam quæstionem: Quo anno  
fuit hæc apparitio? Alij anno 37. alij anno 39. & alij  
anno 40. Lezana, *vbi supr. Anno Christi 40. n. 11. pag.*  
*122. vbi apparitionem fuisse anno 39. refert, ibi: Huius*  
*eidem anno Christi 39. adscribendum censemus toti Hispaniæ*  
*celeberrimam Historiam de Beatissima Virginis Dei*  
*Parentis B. Jacobo apparitione facta, Cæsaraugusta com-*  
*merante Apostolo. Et quia alius anno 37. accidisse ait,*  
*ita prosequitur: Esto autem ea apparitio anno 37. even-*  
*erit, erectio tamen Templi eidem Virgini Apostoli industria*  
*facta sub anno 39. referenda. Serva Dei Maria à Jesu de*  
*Agreda, vbi supr. n. 358. ait accidisse anno 40. ibi: Su-*  
*cediò este milagroso aparecimiento de Maria Santissima en*  
*Zaragoza, entrando el año del Nacimiento de su Hijo nues-*  
*tro Salvador de 40. la segunda noche de dos de Enero. Idem*  
*sentit Illm. D. Marcellinus Siuri, Episcop. Cordub. dig-*  
*nissimus, Tractat. in Evangelia, tom. I. tract. I. Isagogicæ*  
*num. 113.*

294 Nolo nulli ex his scriptoribus autoritatem  
suam etiam umbratilitèr, nec adhuc in minimo minue-  
re: Ego tamen sic coniector: Ignoratur annus, vt obser-  
ventur omnes anni in signum tanti beneficij, vt facit S.  
Ecclesia Metropolitana Cæsaraugustana quotannis die  
12. Octobris, iam Officium proprium (& tota Diocese-  
sis) recitando; & iam Processionem generalem, vt in  
festo Corporis Christi, faciendo. Ignoratur dies, vt ob-  
serventur omnes dies, vt facit eadem Ecclesia Cæsar-  
augustana geminata vice: Altera quostquam Vespè-  
ras cantavit exit è choro Processionalitèr dulciter into-  
nans: *Ave Maria Gratia plena, &c.* quæ quidem comme-  
moratio orac. propria B.M.V. à Columna in suo Sacello  
terminatur. Altera post Matutinum, vbi etiam Proces-  
sionalitèr è choro vsque ad Sanctam Capellam ( sic



dicta à Cæsaraugustanis) Hymnum: *Ave Maris Stella* intonat, & dicta Oratione propria, quæ extat *part. 1. n. 18.* terminatur: Hoc est à tota Ecclesia. Nam scias velim ad curandum de Sacello B.M.V. à Columna, ac de suo cultu quatuor Capellanos habere, & octo pueros, (vulgo Infantes.) Primus Capellanus initio diei canit Missam B.M.V. cum dictis octo Infantibus, & terminat quotidie eam, Oratione supradicta B.M.V. à Columna. Initio noctis canitur Antiphona: *Salve Regina*, per Infantes, & postea Gaudia (vulgo los Gozos de N. S. del Pilar) & Oratione supradicta B. M. V. à Columna ab vno Capellanum decantata terminatur. Latet hora, vt observentur omnes horæ, vt facit Ecclesia Metropolitana, quæ vt dictum est quatuor Capellanos, & octo pueros (dictos vulgo Infantes) habet, & intra Ecclesiam habitant ad Maiorem huius Sacelli cultum. Latet hora, vt observentur omnes horæ. Nulla enim debet esse hora diei in qua non præbeamus Deo tanti beneficii gratitudinem, iam Hispanus, iam Aragonius, & potius Cæsaraugustanus. De Mysterio Incarnationis Verbi Divini ignoratur hora, P. Suarez, *in 3. part. D. Thom. tom. 2. quæst. 30. disp. 9. sect. 5. De hora autem in qua hæc annuntiatio Virgini facta est, nihil in Sanctis Patribus, vel antiquis Scriptoribus dictum invenio.* Quare si fuit nostræ Redemptionis medium? S. August. apud Cardenas, *supr. disp. 2. cap. 16. n. 183. in fine,* ait: *Singulari tuo assensu (Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum Verbum tuum. Luc. cap. 1. v. .) Mundo succurristi perditio.* Respondeo: Ut omnes horas observemus ad tanti beneficii gratitudinem: Sic similiter (proportione servata) nostram gratitudinem Hispani Sacratissimæ Deiparæ manifestare debemus.

295 Critici voluntarij exacervascunt, cum legunt, apud Aragonios, hanc traditionem haberi, qua-

fi de fide ; ita vt non fit tentus pro Catholico qui de ea dubitet. R. Non Articuli Fidei loco eam Traditionem nos habere ; sed modo Traditionum , quas boni isti repudiant , authoritati , modo veterum Authorum fidei , modo Sacrorum Pontificum diplomatibus , modo Regum Privilegijs , ac Decretis , ac demum in Officij Divini lectionibus secundi Nocturni ad totam Dicecesim Cæsaraugustanam , Die 12. Octobris , certam , & veram esse , ac de ea nihil nos ambigere.

296 Respondeo secundo, quod illa verba, *quasi sit de fide*. Coccinus, Decissionum Sac. Rotæ, tom. 4. Decis. 1867. n. 22. & in novissimis, Decis. 353. n. 22. part. 5. Recentior. non sunt ad litteram intelligenda: *littera enim occidit* ; ait Paulus, *Epist. 2. ad Corinth. 3. v. 6*. Sed solummodo per ea intelligendum est, quod in Regno Aragoniæ malè auditur, non solum negare: verum etiam de miraculosa B. M. V. dum adhuc viveret Cæsaraugustæ S. Apostolo Jacobo Maiori ad ripas Iberij apparitione dubitare. Quod quidem est certissimum, nec probatione indiget, cum ex varijs Libellis, qui anno 1720. in lucem prodierunt contra vnum Historiographum scriptorem Neotericum, qui iam hæsitabat, iam nostram Traditionem negabat, facilè suadetur. Quam gravitè, ac lepidè S. Augustinus, apud Flores DD. verbo *Amor. Lingua enim amoris* ( erga Sacratissimam Deiparam à Columna ) *non amanti barbara est*: Ob id Aragonenses piperatè contra nostræ Traditionis refractarium scripserunt.

297 Quomodo Sacratissima Virgo Maria venit? R. De qualitate, & modo apparitionis S. Apostolo Jacobo non est curiosè scrutandum, Prophanum enim est studium ( ait P. Canisius, *Maria Deipara, lib. 5. cap. 21.* ) causas divinorum operum adeo curiosè scrutari, nec fas est intellectus nostri aciem ad ea Myste-

ria penetranda, quæ humanum intellectum excedunt, intendere, sed oportet ut Paulus (ad Rom. 12. v. .) loquitur, *sapere ad sobrietatem, &c.* ubi plura. De Apparitione Santissimæ Virginis S. Jacobo, hæc habet, *Idem ibid.* „ Ego vero quum antiquissimam „ omnium apparitionem investigare pergo, nullam „ aliam potui reperire, nisi quæ sub Cæsare Tiberio „ Augusti proximo successori, non homini vulgari, sed „ Jacobo Apostolo facta celebratur, verèque mirabilis „ apud Hispanos, Civitate Cæsaraugusta contigit, & „ longa maiorum traditione confirmata, nobisque „ velut per manus tradita, multorum suffragijs corroboratur, &c. Demum certo asseveramus (ait *Idem ibidem in fine*) multo plura quam nos, vel dicere, vel scribere, vel æstimare possimus, summi Dei nutu per Angelicas Potestates facta esse, ac fieri, cum in aliorum Sanctorum, tum in Deiparæ Mariæ honorem, atque commendationem, nec sine certa, licet nobis frequenter ignota, mortalium utilitate. *Te Deus, ô, Virgo sic exaltavit ut omnia tibi secum possibile esse donaret.* Verba sunt S. Ansel. *de B. Virgin. cap. 12.*

298 Critici dicunt: Hanc miraculosam apparitionem B. Mariæ Virgini dum adhuc viveret, Cæsaraugustæ non esse de fide; & sic non solum eam non credunt, sed esse falsam obmurmurant. R. Quod ut Virgini tribuatur aliquid, quod non sit temerarium, sed pium, & probabile, & in ædificationem fidelium, ut crescamus, sicut *de virtute in virtutem*, ut ait David Psal. 83. v. 8. ita in devotione Mariana, hoc debet affirmari, admitti, & credi, ut ait P. Aloysius Sydereus, alias Vincentius Carrafa, Præpositus Generalis, Soc. J. *Theologiæ Mysticæ, sive exercitiorum spiritualium quibus itur ad Cælum, tom. 1. part. 2. Exercitium devotionis erga Beatissimam Virginem, Privileg. 15. fol. 117. & 118.*

Edit. Colon. Agrippin. 1660. ibi: „ Quæmadmodum  
 „ etiam docet Gerson, *tom. 1.* & declarat, quod vt B.  
 „ Virgini tribuatur aliqua perfectio, haud sit necessa-  
 „ rium, id sit certum, & de fide; sed sufficit quod non  
 „ sit temerariè, vel impertinenter dictum, sed pium,  
 „ & probabile, & quod nostras ædificet animas, & cau-  
 „ sa existat vt crescamus in devotione, & charitate ma-  
 „ iori erga Beatam Virginem exercenda.

299 Secundo R. quod vt ait Nicolaus Abbas Alba-  
 nus in Petrum Celsenem, *lib. 9. epist. 9. Præsumuntur mul-  
 ta de Virgine, quæ nusquam leguntur, & præsumptioni-  
 bus standum est, donec probetur in contrarium.* Est ne te-  
 meraria, vel impertinens nostra Historia, an pia, &  
 probabilis? A Curia Domini Iustitiæ Aragonum in sen-  
 tentia sua lata; à toto Regno sub Carolo Secundo,  
 Hispaniarum Rege, in Comitij Generalibus 1678. ha-  
 bitis, ex Actu Curia lato, vt nostræ Historiæ Officium  
 coram prima Sede peteretur; à Sacra Rota MAXI-  
 MUM totius Mundi Tribunal, vt ait Dominicus Ber-  
 nino, *de Excellentia huiusce Tribunalis.* Edit. Rom. 1717.  
 in fol. vbi passim id vocat: *Totius Christiani Orbis Su-  
 premum Tribunal.* Veluti splendor Urbis, & Orbis (ait  
 Thesaurus, *Deciss. Pedemont. in Proemio, n. 32.*) qui to-  
 tam mundi machinam illuminat. Et ab ea recedere ne-  
 fas quodammodo videatur, vt ait Marcus Antonius  
 Marsilius, *Tract. de Redditib. Ecclesiastic. cap. 36. num. 8.*  
 Præcipue nostra (coram D. Coccino toties laudata) quæ  
 transiuit in rem iudicatam; ex Decissione Sac. Rotæ  
 Romanæ, coram R. P. D. Bichio, in causa Cæsaraugus-  
 tana Cathedralitatis, Lunæ 6. Martij 1652. & *Res iudi-  
 cata pro veritate habetur.* Ulpian. *in leg. Res iudicata, ff.  
 de Reg. iur.* quod etiam habetur apud D. Joann. Ferre-  
 ras, *Dissertatio Apologetica de prædicatione S. Jacobi in  
 Hispan. §. 1. n. 2.* (De rei iudicatæ valore, P. Antoni-  
num)

num Heinsinger, Soc. Ies. *Responsa Moralia*, part. 1. *Respon.* 39. *per tot.* consule. ) Ergo potiori iure iuxta hæc, & non contra hæc iudicandum est. *Tu autem, ò homo.* ( Criticus ) *tan frequenter vis summa tangere, qui nec infima vales comprehendere ?* S. Hildegardis, *Visio num,* lib. 3. *visio.* 10. n. 1. fol. 146. col. 1. *circa fin.*

300 Critici replicant, quod Sacra Cardinalium Congregatio, & Curia Domini Iustitiæ Aragonum, & Aragonia, in his quæ ad Historiam pertinent, facîle falli posse. Respondeat Petrus Aurelius, *de Vindicijs Censuræ*, per hæc verba, quæ aureis characteribus scribi debebant. „ Stultissimum est (ait) & inauditum istud „ genus exceptionis, adversus constitutas publicè auctoritates, quarum nulla incolumis esse poterit, si „ debitum eis honorem, pudoremque hoc tello concutere liceat, quo humanarum rerum omnis ordo in „ discrimen vertitur, omniaque ad peræquationem, „ & confusionem fædissimam deducuntur. Falli posse „ Publicarum Potestatum iudicia non infitiamur, homines enim sumus, & naturæ nostræ meminimus. Sed, „ si illi iudicando falli possunt tot, tantisque præsidij, „ quibus ab errore vindicentur, præmuniti; quanto „ magis in reprehendendo falli poterunt privati homines, „ muntiones, nulla re cum eis conferendi? Hactenus Petrus Aurelius.

301 Etiam Aragonia habet Officium B. M. V. à Columna, die 12. Octobris toti Diœcesi Cæsaraugustanæ ex Sacræ Ritus Congregationis declaratione. Non desunt qui dicant inter Criticos, quod etsi venerentur istius Congregationis Decretum, respondent: Exponentem Officium petentem Ecclesiasticum Sancti certi, vel Imaginis Mariæ certæ, cuius lectiones contra fidem, vel bonos mores, errorem non continent, nec datur pars, qui qualitati status contradicat, facile conceditur;



tur; quia Ecclesia vt Sancti (vel Mariæ) cultum respicit: principaliter est Sanctitas, cætera, vt accidentalialia respicit; vt ait Pseudonymus D. Joann. Anton. Baptista, in Libello, *Ferreras vindicado de conuencido*, &c. §. 5. n. 49. Edit. præsentis anno Matriti, qui quadraginta septem paginâs adimplet. Cui argumento respondetur esse hoc à veritate alienum. Nam etsi multoties non detur pars qui contradicat: Contradicunt, ipsimet Eminentissimi Cardinales Sacræ Congregationis Ritus, dubia proponendo. Et ex Officio semper Promotor Fiscalis Fidei contradicit, non solum eis qui aliquam difficultatem habent; sed omnes quoquomodo sint, obnubilare curat; vt ex oppositione clarius veritas demonstretur. Et in nostro casu omnes rationes, quæ Critices hac in Curia edidit: Eminentissimorum Cardinalium Congregatio omnes ante oculos habuit; & nihilominus concessum fuit Officium B. M. V. à Columna ex eiusdem Congregationis Declaratione; primæque Sedis approbatione. Ad illud quod affert idem Pseudonymus D. Joannes Anton. Baptista, n. 50. seq. Respondeo, quod etsi Eminentiss. Cardin. Maria Ursini nunc Pontifex Maximus nomine Benedictus XIII. in *Dissertatione de S. Bartholomæi Apostoli Reliquijs Beneuentanis*, Artic. 7. ait: *Nec enim Ecclesia ipsa, quæ ijs (privatis factis aut gestis scilicet) utitur inconcussa, infallibilisque veritatis iudicat, quæcunque Brebriarijs suis sunt inserta.* Nec nos suademus esse infallibilis veritatis, sed facere opinionem probabilem vt docte P. Franciscus Suarez in 3. part. D. Thom. tom. 3. q. 83. disp. 83. art. 4. sect. 2. pag. 1102. col. 2. Edit. Lugd. 1608. Emin. Card. Aguirre, in *Defensio Cathedra S. Petri*, tract. 2. disp. 20. sect. 1. n. 12. Immo probabiliorem, vt firmat Illmus. Episcopus Campaniæ Cardenas, in *Theolog. Fundamentali*, Fundam. 5. §. 1. n. 258. Immo (prosequitur idem

idem Pseudonymus cum Ursini ) *nec suis omnino carere  
 nævis Clementino-Urbana, quo utimur, Brebriarium, doc-  
 tissimi Historiarum Exploratores indicant. R.* Hoc ex alijs  
 refert, nihil ex se firmat aliter enim intra duos trieteri-  
 des quo est Petri successor, corrigere debuerat : Et non  
 delendo hos nævos negligens iudicatur, & error cui  
 non resistitur approbatur *Can. Error 3. & Can. 5.  
 dist. 83.* Addere valet, ex eadem *Dissertatio. ibid.* quæ  
 extat in *Synodicon S. Beneventanensis Ecclesiæ*, Editio 2.  
 Romæ 1724. in fol. *Appendix ad Concil. Provinciale V.  
 art. 7. p. 64. n. 4.* ibi: „ Et vero Cardinalem Baronium,  
 „ cum quo nobis hic maximè lis est, non absolutissi-  
 „ mam in rebus historicis fidem Brebriario Romano tri-  
 „ buisse, &c. R. Est certum; sed tamen, licet Baronius,  
*tom. 2. Anno 302. à n. 88.* S. Papam Marcellinum ido-  
 latrasse, apertissimè dubitavit: Ast admonet, non oportere  
 antiquam historiam communiter in Ecclesia recep-  
 tam, in dubium revocare, *dict. tom. 2. dict. ann. 302. n.  
 101. 102. & 103.* Edit. Romæ 1594. Et in *Appendice  
 ad tom. 10. Annal. pag. 945. & seq.* Edit. Romæ 1602.  
 omnibus publicè, eius retractatione, satisfecit, ibi: *Sed  
 sciam velim Romanam Ecclesiam antiquitatis tenacissi-  
 mam, qua ante octingentos annos ita publicè lecta reperijt,  
 haud adeo facile convellenda, quamvis sit valdè molesta,  
 putavit.* Quid diceret de Jacobeo ad Hispanos adven-  
 tu ab Innocentio XIII. Pontifice Maximo vices Dei ge-  
 rente, geminata vice tam pro certo habito, vt ipsam  
 supponat sicut, & Prædicationem? Iam die 4. Aprilis  
 in Offic. S. Isidori Episc. & Confess. duplex 2. clasís pro  
 Ecclesia Universali, *Nocturn. 2. lect. 2.* Iam die 12. Oc-  
 tob. in Festo Dedicationis Ecclesiarum Santissimi Sal-  
 vatoris, & Beatissimæ Virginis de Calumna Civitatis  
 Cæsaraugustæ, in 2. *Noctur. lectio 6.* Ego sentio, quod  
 pro se mutuaret illa S. Bernardi verba, *Epist. 174. ad*

Canonicos Lugdonens. Quod accipi ab Ecclesia, securius teno; & trado; & S. Augustini *Epist.* 118. *cap.* 5. Si quid (inquit) tota per Orbem frequentat Ecclesia, quin ita faciendum sit, disputare insolentissime insania est; de Baronij Retractatione in voce triplice vice diximus supra num. Nam affirmantes esse fabulosas, fictitias apocriphas, sunt reputandi, ut temerarij, mentientes in Deum, & errantes in fide; vide Prado *tom.* 1. *Theol. Mor.* in *Opusculo* qui est in fine, *quest.* 2. *§.* 2. & in *tom.* 2. *cap.* 33. in *Append.* *q.* 2. *num.* 17. Et *n.* 20. Afferit tales propositiones esse iniuriosas Ecclesie, & Authoritati Pontificie, Card. de Lugo de *Fide Divin.* *disp.* 20. *sect.* 3. *num.* 95. & *seqq.* esse malè sonantes, scandalosa, piarum aurium offensiva, & omnino temeraria, Aug. de *Herrera de Orig.* & *progres. Offic. Divin.* *lib.* 2. *cap.* 57. *num.* 1. ait: Sino nota temeritatis impugnari non possunt, Ludov. de *Torres in Selectis, Dub.* 19. *Cent.* 4. *pag.* mihi 174. Esse improbables, & temerarias, Bordonus *Sacram Tribunal.* *cap.* 41. *num.* 83. esse sapientes *hæresim*; nam *historiæ* quæ habentur in *Breviario*, veluti *Historiæ canonizate censentur*, *Sac. Rota decis.* 353. *num.* 57. & *seq. p.* 5. *Recentior.* Et *Sac. Congregat. Cardin.* *ann.* 1618. *die.* 14. *Iunii* de talibus *Historijs* sic loquitur: *Historia*, quæ in *Breviario Romano per Sedem Apostolicam* aprobatò recitantur, ut maxime *verè ab Ecclesia venerantur.* Si ita sit, iudicent *Catholici Censores.*

302 Alia obiectio Critica est, Sacratissimam Dei Genitricis Imaginem del Pilar Cæsaraugustæ, non sedentem, ut Reginam lego, sed erectam, & ob id non esse illius antiquitatis primi sæculi. Re. quod *Baronius in Annal. tom.* 1. *Ann. Christi.* 53. *num.* 113. *fol.* 480. explicans *Canonem Synodi Antiochenæ* inquit: Præscribit (Canon) modum quo *Sacræ Effigies*, & Imagines Iesu-Christi..... necnon, & Sanctorum

„ collocentur, & statuatur quasi trophæa quædam  
 „ sacræ nostræ Religionis in Cippo, vel Columna.  
 ( *quemadmodum antiquissima, ac Dei Genitricis Imago,  
 qua dicitur del Pilar in Hispania.* ) Et vt de ipsa ait P.  
 Laurentius Chryzogonus, *Mundus Marian. disc. 22. n.*  
*168. Ostendit B. Virgo se in suam protectionem HISPANIAM*  
*recepisse, simulque se firmissimam COLUMNAM*  
*eam sustentantem, ne in interitum rueret, extitisse.*

303 Dicunt Critici nos esse nimis credulos. R. cum  
 Quinto Septimio Florente Tertulian. *Adversus Valentinianos, cap. 1.* „  
 „ Habent artificium quo prius per-  
 „ suadeant, quam edoceant. Veritas autem docendo  
 „ persuadet, non suadendo docet. Ideoque simplices  
 „ notamur apud illos, vt hoc tantum, non etiam sa-  
 „ pientes : quasi statim deficere cogatur à simplicitate  
 „ sapientia : Domino vtramque iungente : *Stote pru-*  
 „ *dentes, vt serpentes, & simplices vt columba.* Aut si  
 „ nos propterea insipientes, quia simplices ; num ergo,  
 „ & illi propterea non simplices, quia sapientes ? No-  
 „ centissimi autem qui non simplices, sicut stultissimi,  
 „ qui non sapientes. Et tamen malim in eam partem  
 „ meliori sumi vitio. Si fortè præstat minus sapere,  
 „ quam peius, errare, quam fallere. Porrò facies Dei  
 „ spectat in simplicitate quærentes, vt docet ipsa So-  
 „ phia, non quidem Valentini, sed Salomonis. *In*  
*columna apprens.* Quæ columna sit hæc, an pars illius  
 vbi Dominus noster Iesus. Christus fuit flagelatus : Ven.  
 serva Dei Maria à Iesu de Agreda, ait : *Que esta Coluna*  
*fuè traída ab Angelis, è Ierusalem.* Consulendi Ven.  
 Didacus Murillo, *cap. 12. Amada part. 1. cap. 5. ac*  
 demum Ill. Venerabilis Arbiol *Hispania Felix, p. 2. re-*  
*flexione 7.*

Ad Num. 15. & 16. *Ad flumen Iberum  
iuxta Cæsaraugustam.*

304 **R**ECTISSIMÈ Ill. Scriptor post Iberi flu-  
men addit iuxta Cæsaraugustam eo  
quia datur aliud flumen nomine  
eodem in Cantabria, quod quidem à Cæsaraugustano  
distinguitur, vt cum Avieno Festo animadvertit Hier.  
Zurita *Descripcion de Cantabria*, &c. apud D. Didacum  
Iosephum Dormer, Suprarbi Ecclesiæ Oscensis Archi-  
diaconus, à Consilij Regiæ Maiestatis à Secretis in Sacro  
Supremo Coronæ Aragonum, & Chronista eiusdem  
Regni, in lib. *Discursos varios de Historia*, Edit. Cæsar-  
augustæ 1683. in 4. pag. 13. ibi: „ Avieno Festo,  
„ que fue Autor de aquellos tiempos..... en sus lambos  
„ muestra, que el Rio Ebro corria por los Vascones,  
„ diciendo asì, hablando de otro Rio de el mismo  
„ nombre:

*Iberus inde manat amnis, & lacus  
Facundat onda: plurimi ab ipso ferunt  
Dictos Iberos, non ab illo flumine,  
Quod inquietos Vascones prelabitur.*

305 *Ad flumen Iberum iuxta Cæsaraugustam.*  
Quod hisce verbis dicit Anagramma firmant Bar-  
bos. *de Offis. & Potest. Episcoporum*, part. 1. tit. 3.  
*cap. 8. n. 38.* P. Ioan. Bonifac. *Hist. Virg. lib. 2. p. 119.*  
D. Francisc. Bermudez Pedraza *Histor. Eccles. part. 2.*  
*cap. 1. fol. 45. col. 3.* Andræas Hoyos Brugensis *de Imi-  
tat. Domingæ nostræ*, cap. 20. p. 140. Abraham Bzobius  
Polonus Ord. Præ. *Histor. Ecclesiast. tom. 1. Ann. Christ.*  
*44. n. 3.* P. Petrus Courcier Gallus *tract. Negotium Sa-  
cularum*, Sæculo 41. *Christ. 1. Ann. Mundi, 4016. Christi*



33. fol. 54. col. 1. Anton Cianca, *Vita S. Secundi*, lib. 1. cap. 3. D. Bartholomæus Cayrasco in *lib. Templo Militante*, tom. 2. die 25. Iulij. Anton Dauroultius, S. I. Flores *Exemplor. part. 1. cap. 2. tit. 47. exemplo 2. p. 269. col. 1.* Fr. Benedictus Gononus *Chronicon SS. Deipara, Mostazo de Caus. Pijs*, & fere omnes tam Hispanij quam exteri. *Iuxta Casaraugustam*, Descriptionem huius Urbis facit, Ludovicus Nonius *Hispania illustrata*, cap. 82. fol. 456. Edit. Francofurti 1608. omnino videndus Villar in *motivis Sententię Curia Domini Iustitia Aragonum*, n. 6. litt. O. D. Orentius Ludovicus Zamora, *Memorial por Zaragoza, discurs. 4. n. 2. fol. 111.*

306 Audaacter dico, sed fulcro veritatis nixus: Etsi Hispania sit ab omnibus celebrata, primum ac præcipuum encomiorum à Sacratissima Virgine Maria, dum adhuc in humanis esset, miraculosa apparitione B. Iacobo Maiori ad Ripas Iberij Casaraugustæ dimanat; vt punctim R. P. Ioan. Anton. Velazquez, Soc. Ies. in Castellana Provincia Provincialis in Salmanticensi Academia, olim, Sacrarum litterarum Interpretæ. *Dissertationes de Immaculata Conceptio*. Edit. Lugd. 1653. lib. 5. differt. 3. adnotatione 9. n. 1. ,, Verum enim ve-  
 ,, ro inde nos potissimum Hispaniam nostram terris  
 ,, omnibus felitiorem, & fortunatiorem existimamus,  
 ,, quod eatenus ipsi excolendæ, atque adeo ditandæ  
 ,, impensius, quam cæteris gentibus supernus ille fa-  
 ,, bricator indulserit, quatenus eximio, & inæstimabili dono concessit, Sanctissimæ Virginis patrocinio,  
 & advocacy super omnes Orbis Nationes signantissimè frui, ac proindè totam Hispaniam, gentem ardentissimo amore, & reverendissimo obsequio, intimo cordis affectu, & tenerrimo animi impetu eidem esse devotam, signantissimè vero illibatam ipsius Conceptionem constantissimè profiteri. Hæc invicta His-

paniæ arma , hæc penitissimæ sapientia , hæc vera radiantium metalla gemmarum , & ditissimæ auriferorum opes fluminum , hæc tranquillissima Cœli temperies , ab ea præsertim felicissima hora ex qua Divinis pedibus illam Deipara consecrare dignata est cum Cœlesti satellicio committata Casaraugustum Iacobum salutatura , & doctrinis cœlestibus edoctrura adventavit. Cui adde D. Iosephum Pellicer Appendice, al Aparato de la Monarquia antigua de España , lib. 2. n. 40. fol. 69.

307 Dico secundo ; Plus gloriæ Hispanis venit pro Iacobi Maioris ad Hispanias adventu vna cum gloriosissima Dei Genitricis , dum in humanis esset Cæsaraugustæ ipsimet Apostolo apparitione , quam pro adventu cæterorum Apostolorum ad Hispanos absque eiusdem Virginis Mariæ apparitione : Quia ipsa adveniente ( *ut pia , & antiqua Traditio habet* ) venit Regina Apostolorum. Et plus est venisse Reginam , quam Principes Reginæ. Ob id etsi per plures habeatur post Iacobum Apostolum , etiam Sanctorum Apostolorum Petri , & Pauli ad Hispanos aditus ; ut latè Erze , *evidente prueba de la predicacion de Santiago , &c. p. 2. tract. 7. cap. 1. & seqq. P. Sanchez tract. 4. de Predicatione SS. Apostolorum Petri , & Pauli in Hispania ; Ill. Carolus à S. Paulo in sua Geographia Sacra , &c. tom. 1. fol. 170. D. Ioann. Anton. Garcia de Caralps ubi supr. dict. part. 3. ad cap. 2. digression 5. §. 5. Emin. Card. Aguirre tom. 1. Concil. Hisp. dissert. 9. excurs. 8. n. 107. P. Salmeron in Sacram Scriptur. tom. 12. tract. 8. in Acta , pag. 48. Matriti 1601. & tom. 13. in Epist. ad Rom. lib. 4. disp. 11. p. 717. Edit. Col. Agripp. 1614. Aloysius à Requena Aragon , in Lezuza natus ; Venida del Apostol S. Pablo à España , y predicacion en ella , &c. Matriti 1647. in 4. , Dicamus ergo Hispanam Ecclesiam à Deo , ut pupillam oculi adamatam , cuius Pædagogos eos ( Petrum  
 ,, sci-*

„ scilicèt , & Paulum ) esse voluit , qui lumen ocu-  
 „ rum in Christi corpore sunt , magni Parentis (Iacobi  
 „ scilicèt) locum subituri; verba sunt P. Didaci Avend.  
*in Psal. 44. pars 4. Tituli, sect. 10. n. 882. in fine.* Nemo  
 meam propositionem supradictam iure negare potest.  
 Et sic immerito dixit R. P. Fr. Michael à S. Maria,  
*voz da verdade, §. 15. p. 110.* absolutè hanc propo-  
 sitionem : *Naõ haverà quem negue , que he muito mayor*  
*à gloria de Hespanha , sendo seu Apostolo S. Paulo do que*  
*seria se Santiago nella pregara.* Nam ego fidenter nega-  
 vi , & iure nego : quia Epitheton *Regina Apostolorum*  
 Mariæ dicitur : Sed probatum est , & à Sacra Congre-  
 gatione Ritus declaratum , S. Iacobo Apostolo Cesar-  
 augustæ ipsam apparuisse *UT PIA , ET ANTIQUA*  
*TRADITIO HABET* : Ergo plus nobis contulit Iaco-  
 bus quia ipsa venit ; quam Paulus , ipsa non veniente,  
 conferret. Sicque mutare possum illud , *Claudia, 3. de*  
*Consulatu Honorij.*

*Obruit adversas acies revolutaque tela,  
 Vertit in Authores , & turbine repulit hastas.*

### Ad Num. 17. *Ad Dei gloriam.*

308 **O**Mnia templa sunt erecta ad Dei  
 laudem , & gloriam ; vt ait P. Ca-  
 nisius *de Mariæ Deiparæ , lib. 5. cap.*  
*23. pag. 565.* ibi : *Ergo si latricæ cultum spectamus*  
*Templa , & Sacella omnia , etiam quæ MARIÆ nomine*  
*insigniuntur..... vni veroque Deo edificantur , & insig-*  
*niuntur.* Fr. August. Matheuzi, *Ord. Min. Opus Dogma-*  
*ticum , controv. 2. cap. 4. n. 13. & controv. 6. cap. 9. n. 9.*  
 Turlot *Theaur. Doctrin. Christian. p. 3. cap. 2. lectio 16.*  
 D. Angelus Pistachius *Cleri Regular. de Votis quibus*


*cumque tam Secularibus, quam Regularib. tom. 1. tract. 1. cap. 3. n. 2. P. Azor Institution. Mor. tom. 1. lib. 10. cap. 18. col. 988. Edit. Lugd. 1602. Iac. Pignateli tom. 4. consultat. 77. n. 5.*

Ad Num. 18. *Suimet laudem.*

309 **S**uimet (id est Mariæ) laudem, & rectissime nam quidquid laudis est Matri expectat ad filium, & è contra S. Bernard. apud Aloysium Sydereum *ubi supr. p. 115. Non est dubium* (ait) *quidquid in laudibus Matris proferimus ad filium pertinere; & rursus cum honoramus filium, à gloria Matris non recedimus.* Arnoldus Carnotens. *de Laudib. Mar. Filij gloriam cum Matre, non tam communem iudico quam eandem.* S. Card. Pet. Damian. *Serm. de Nativit. In alijs rebus* (ait) *est Deus tribus modis scilicet per essentiam presentiam, & potentiam; in Virgine vero alio quarto modo, scilicet per identitatem, quia Deus est idem cum ipsa, ex quibus Dubium Critices, scilicet esse contra Dei Genitricis humilitatem mandare Apostolo Iacobo, ipsa vivente, & sub eius nomine facellum extruere facile dissolvitur iam ex traditis in sæculo antecedenti à D. Michael. del Villar in *motivis Sententia Domini Iustitie Arag. n. 5. litt. N. nec non à P. Gaspar Sanchez tract. 3. de Prad. S. Iac. in Hisp. cap. 8. iam ex noviter adductis ex asse ab Illum. Aranaz, El Cetro de la Fè Ortodoxa, estac. 2. cap. 13. fol. 327. & seqq. & à R. P. M. Fr. Ioseph. Nicol. Caverio in Scriptura Romæ edita pro Officij B. M. V. à Columna concessione. Quibus addo verba perdocti Scriptoris non Aragonensis, non Hispaniensis, sed Galli, ibi: Quod spectat ad humilitatem Maria* (ait Fr. Ambros. Gardebofc. *Synops.**

*nops. Histor. Ecclesiast. tom. 1. Saeculo 1. lib. 2. dissert. 3. q. 1. resol. unica*) fateor, eam fuisse profundam, verum novit suam dignitatem Deiparae esse excellentissimam, et si quidem Sancti hominibus apparuerunt, iuvenes, ut sub ipsorum nomine Dei Ecclesiam consecrarent, cur id non potuisset Deipara, quae probe noverat suam Dignitatem Matris Dei, quae illam alijs omnibus creaturis anteponebat cultum specialem à fidelibus exigere, ut eo ipso Christum honorent, quod digne eius Genitrici obsequia largiantur? Plus dico cum Ioann. Chrysoft. *Hom. 70. in Ioann. Nunquam humilitas est sine magnitudine animi. Ob id, ni fallor, apud S. Lucam, cap. 1. v. 48. dixit Maria: Quia respexit humilitatem ancilla suae. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. De altissima Virginis dignitate S. August. Serm. de Assumptio B. M. V. in Ordine, 35. p. 94. Edit. Lugd. 1571. in 8. tom. 10. Sed quid dicam pauper ingenio, cum de te quidquid dixerò minor laus est, quam dignitas tua meretur? Si Caelum vocem, altior es: Si Matrem gentium dicam precedis: Si formam Dei appellem, digna existis: Si dominam Angelorum vocitem, per omnia te esse probaris. Ergo si S. Michael praecipit ut in Monte Gargano Ecclesia sub eius nomine erigeretur, ut constat ex *Breviario Romano die 29. Octobris. Et denuo Episcopo Auberto Abricatensi, ann. 709. ut in loco maris in sui memoriam fundaret Ecclesiam apud P. D. Ioan. Bonifac. Bagatta Cler. Reg. Admiranda Orbis Christiani, tom. 1. lib. 7. cap. 4. n. 8. Cur Reginae Angelorum negabitur, quod Angelis conceditur?**





Genealogie der Familie ...

S. Yago

S. Yago

S. Pedro

S. Con-

S. Jaco-

S. Joann.

S. Maria

S. Maria

S. Joann.

S. Joann.

S. Joann.

S. Joann.

S. Joann.

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

S. Maria

Ad Num. 19. *Iacobo iussit suo.*

310 **I**acobo iussit suo, vt omnes Scriptores, qui Marianam Cæsaraugustæ apparitionem attigerunt, strenue propugnant. Ven. Maria à Iesu de Agreda *Mistica Civitas Dei*, p. 3. lib. 7. cap. 17. n. 352. Quia valde dilectus à filio suo, & Redemptore nostro S. Bonavent. *Serm. 1. de S. Jac. Maiore.*  
 „ Hic Apostolus Sanctus dum accendit ignem arden-  
 „ tem, intus celare non potuit, multum Christus Jaco-  
 „ bum dilexit, multum ab eo dilectus fuit P. Alphons. Salmeron, tom. 12. in *Evangelicam Historiam*, & *Apostolorum Acta*, tract. 8. pag. 38. Edit. Colon. Agrippinæ 1614. ibi: *Tertius est Iacobus frater Joannis unus ex Christi charioribus.*

III **Suo** dixit, quia fuit Christi cognatus P. Suar. *de Vita Christi*. tom. 2. in 3. p. D. Thom. *disp. 5. sect. 4.* P. Petrus Morales in *Matthæum*, cap. 1. lib. 1. tract. 7. per tot. Et, si ex asse Jacobicum Christo cognationem videre cupis, Antonium de Baular, *Defensa Evangelica del Parentesco de Santiago con Christo*. Edit. Cohimbræ 1631. consule. Arbor Genealogiæ S. Annæ desumpta ex Monumentis Sacræ Scripturæ, ac etiam ex autoritate D. Hypolliti Episcopi, & Martyris, S. Egesipi, S. Germani, S. Augustini, S. Hieronymi, S. Cyrilli Alexandrini, S. Joann. Damasceni, S. Remigij, Hypolliti Thæbani, Euthymij, Chrystophori à Castro, Tyrini, Menochij, Cornelij Alapide, Bineti, & aliorum noviter collecta à Fratre Francisco Petronio Agrigentino vbi supra, tom. 1. cap. 3. pag. 23.

Ad Num. 20. *Condere sacellum.*

312 **F**R. Mathias Keul. *Vox clamant. in deser.*  
*p. 1. Concion. 34. ibi: Præcepitque con-*  
*sobrino suo Jacobo, eo in loco, in memo-*  
*riam, & honorem eius Templum ei dicatum construere, &c.*  
 Gabriel. Pennotus *Histör. Tripar. lib. 2. cap. 11. v. 3.*  
*ibi: Primam in honorem Dei, & ipsius B. Virginis ex*  
*omnibus Orbis Ecclesijs à D. Jacobo Zebedei filio, & Christi*  
*Salvatoris Apostolo AEDIFICATAM. P. Adrian. Lyraus*  
*Trisag. Marian. lib. 2. Modus, 14. ibi: Cuius modi fuit S.*  
*Jacobus Apostolus, qui cum Cesarauguste in Hispania de-*  
*geret Virgini Mariæ adhuc in vivis agenti, Templum ex-*  
*truxit, & sacro eius nomine initiavit. (Nota quod se-*  
*quitur.) TESTANTUR ID HISTORICI OMNES*  
*QUOTQUOT UNQUAM DE REBUS HISPANICIS*  
*SCRIPSERUNT.* Ob id ommito, etiam ex Exteris, plu-  
 rimos. Argumentum primum Criticæ sic se habet. S.  
 Jacobus erat pauper, & sic non potuit sacellum ex-  
 truere. R. primo cum nostri Illum. Scriptoris, *par. 1.*  
*n. 16. vers. Y finalmente, &c. à me adductis. Secundo à*  
*simili: S. Matrem Theresiam fuisse pauperem nemo*  
*ambigit: sed nihilominus, non vnum, sed plures Con-*  
*ventus erexit: Ergo S. Apostolus Jacobus maiori*  
*fulcro, sacellum parvum tredecim pedum (Caxeta de*  
*N. S. del Pilar, cap. 4. §. 1.) amplitudinis, & viginti no-*  
*vem longitudinis, erigere potuit. Secundo Critices*  
*arguit dicendo esse inverosimile coram inimicos sacel-*  
*lum extruere. R. primo cum R. P. M. Fr. Paulo Yañez*  
*Avilès, sub nomine Pablo de Ofera, Basa de la Tradi-*  
*cion del Pilar, §. 5. n. 39. p. 45. Acafo (ait) se avia le-*  
*vantado alguna persecucion en España, quando estaba na-*  
*cien-*



ciendo la Fè de Christo en Zaragoza? &c. In huiusce differtissimi, ac doctissimi Scriptoris confirmationem audiatur, non Aragonium, non Hispanum, sed perdoctum Scriptorum Gallum supra laudatum Fr. Ambros. Gardebofc, vbi supra: *His temporibus, quibus Jacobus dicitur dedicasse Ecclesiam B. Virgini Maria, nullam ad huc in Hispanijs motam fuisse persecutionem adversus Christianos. Persecutio igitur non potuit impedire, quo minus Jacobus Ecclesiam seu Oratorium dedicavit.*

313 Ego vero illud denuo dissolvo cum Lorino, etiam Gallo, in *Psal. 109. v. 2. Dominare in medio inimicorum tuorum*, ibi: ,, Redigam in summam, ait, ,, hanc Propheciam esse Sole clariorem: *dominare in medio inimicorum* esse in medijs gentibus, in medijs Iudæis: plantatas esse Ecclesias in medijs Urbibus; ,, atque ita vicisse, ac superiores evasisse: præclaræ vistoriæ hoc argumentum esse, quodque oves lupos ipsos vicerint, in quorum medio erant: multo maius miraculum quod numero tantum duodecim (\* Nota) ad se univrsam Orbem atraxerint. Hic non dici, vince *in medio inimicorum meorum, sed dominare*: vt ostendatur non erigi trophæum fufsis in acie hostibus, sed ex iussu significari Dominum: Apostolos Christum habentes, omnia fecisse tanquam ex Imperio. Propterea omnem eis domum apertam fuisse, & qui credebant quovis servo obedientiores, venditarum precio facultatum: (Act. 5. v. 43.) *Ad Apostolorum pedes ponentes*, nec ad vsum quidem suum audentes aliquid accipere, vel se eis pro reverentia adiungere (Act. 5. v. 13.) in Infidelibus etiam Regibus, & Principibus Apostolos perfecisse quæcumque voluerunt. Ergo dum Lorinus, Author Gallus celeberrimus, hoc privilegium omnibus Apostolis tribuit: cur Hispanus Criticus (Fr. Michael à S. Maria) in Jacobo



Maiore valde à Christo Domino (cum Petro, & Joanne) dilecto, negavit? *NOTA Duodecim.* Nemo nisi iste Criticus in *Opusculo, Voz da verdade*, §. vlt. pag. 143. à fortissimis argumentis R. P. D. Hieronymi Contador & Argote. Clerici Regular. ac Regalis Academiae Lusitanæ membri dignissimi convictus, nollens hoc confiteri, evadere intendit dicendo, *que be S. Bernabe, ò que enche, ò numero dos doce divididos*; sed absque vllò teste, vel Scriptore: cum S. August. in *Psal. 86. n. 4. tom. 4. Oper. Congregatio S. Mauri Paulum, decimum tertium appellet Apostolum, ibi: Si duodecim selle ibi sunt; non est ubi sedeat tertius decimus Paulus Apostolus, &c.* Et ex dictis supr. num. 101. & seqq. satis constet cum S. Gregor. Niseno, & alijs. S. Jacobum potuisse adire (& adiit Hispanias) quoniam habuit ultra tres trieterides ad prædicandum in partibus Occidentalibus. R. Fr. Michael. loquitur de suo. Et S. August. in illa verba, *Psal. 57. Locuti sunt falsa; ait, Loquuntur sua, locuntur inania.*

314 Deindè geminatum supradictum Critices argumentum vnico dissolvitur syllogismo. Apostoli abundantius, quàm cæteri sancti gratiam Spiritus Sancti acceperunt; vt ait S. Thom. 1. 2. q. 106. art. 4. *Respondeo*, in illis verbis: *Non est tamen spectandum quod sit aliquis status futurus in quo perfectius Spiritus Sancti habeatur, quam hætenus habita fuerit, & maxime ab Apostolis, qui primicias Spiritus acceperunt; id est, & tempore prius, & cæteris abundantius*; vt Glossa dicit Rom. 8. In tantum vt ipsemet S. Doctor dicat pluribus in locis; esse temeritatem, aliquos Sanctos Apostolis in gratia, vel in gloria comparare, apud M. Pet. de Bergamo, in *Tabula aurea D. Thomæ. V. Apostoli*, n. 3. Vide P. Poza *Elucidarium Deipara, lib. 2. traët. 10. p. 486.* Hoc tamen non obstanti S. Theresia à Jesu absque vllò

ære proprio, & multoties contra Principum voluntatem ultra triginta Monasteria fundabit, ex *Breviarij Romani Læctionibus, die 15. Octobris, Nocturn. 2. læction. 2. Effloruit in eo consilio Omnipotens miserentis Domini benedictio: nam DUO TRIGINTA MONASTERIA INOPS VIRGO POTUIT EDIFICARE*, omnibus destituta auxilijs, quinimo *ADVERSANTIBUS PLERUMQUE SÆCULI PRINCIPIBUS*. Eadem S. Mater Theresia in lib. *Fundationum, cap. 2.* & passim in eiusdem Libris: coelestis doctrinæ repletis, legitur: Ergo potius S. Apostolus Maior vnum parvum facellum in Urbe Cæsaraugustana extruere. Permittatur mihi vt ad Criticos dicam:

*Multa supervacue obijciunt: at consona non sunt,  
Hinc quoque nihil iusti cuncta valoris habent.*

### Ad Num. 21. & 22. *Fœlicem tutelam Hispaniæ.*

315 **O** B id Franciscus à Sancto Joanne & Bernedo, Præsbyter Sacro-Sanctæ Basilicæ Liberiænæ, S. Mariæ Maioris Romæ Capellanus, in libro *Triunfos de la Cruz, Historia Sagrada de los bechos de los Apostoles, Apocalypsis de S. Juan, &c. tom. 2.* Edit. Romæ 1701. in folio. Postquam in Tract. in Acta Apostolorum nostram Traditionem strenue propugnat, hunc Titulum pluries repetit: Nam pag. 608. col. 1. sic ait: *Proteetrix Hispaniæ. Ibid. col. 2. O! custos Hesperie. Pag. 609. Augustissima Proteetrix Hispaniæ. Pag. 611. col. 2. lin. fin. Tutelaris Hispaniæ, & passim.*

316 Pluries in Hispania Sacratissima Virgo MARIA apparuit, vt Fr. Aloysius Fernandez, *Annales*

Rosarij in *Introductione* ad longum refert. Si plura in brevi videre Cupis Confule, P. Andrade, *Patrocinio universalde la Santissima Virgen Madre de Dios, y Señora Nuestra, tit.8. §.1.* Tamayum à Salazar, *Triunfos de las Armas Catholicas por intercession de Maria N. Señora. Tomi duo. Editi Matriti 1648. in 4. P. Velazquez, De Maria Advocata nostra. Edit. Ibid. 1668. in fol. in Appendice, §. 12.* Sed ommitere non valeo, quod aliæ Nationes vnum Marianum Capellanum habent; nos duos, quia ipsa voluit. Nam in Palestina S. Joannem Evangelistam habuit. In Arabia S. Joannem Damascenum; in Germania S. Albertum Magnum; in Burgundia S. Bernardum; in Polonia S. Jacinthum. In Hispania vero duos Capellanos elegit S. Ildephonsum videlicet, ac meum Patriarcham S. Dominicum ( Author est Tertij Ord. S. Dominici professus. ) Illum ad suam Virginitatem defensandam, quam quidem tam ex asse scripto propugnavit, vt S. Leocadium, è Sepulchro redivivam ipsimet dixisse: *Ildephonse per te vivit Domina mea, qui Cæli culmina tenet; vt remissivè refert P. Nieremberg, Afision, y amor de Maria, cap. 19. fol. 141. col. 1. tom. 2. Operum spiritualium; & latè in Breviario Toletanæ Diœceseos, die 23. Ianuarij, in 2. Noct. lectio 5. Sarmiento de los Salvadores vbi supr. discurs. 8. artic. 5.* Istum ad devotionem dilatandam Sacratissimi Rosarij B.M.V. Choquetius ( quem laudavimus ) *supr. n. 167. cap. 22.* Cuius Epigraphe est *Beatissima Dei Parens Maria B. Dominicum Rosarij sui primum preconem constituit.* Nec non, & Rosarij Sodalitatem. *Idem Ibid. cap. 23.* Cui adde R.P.M. Fr. Anton. Luque Peruanum, in lib. *Historia del Rosario à Coros.* Edit. Compluti 1652. in 8. Et Fr. Isidor. à S. Ægidio Carmelitanum, *Corone Mariane Stella 11. Radius 1.*

317 De Templis in Hispania B.M.V. dicatis centum

tum viginti mille firmant Illm. Aranaz, & P. Vega: nec mirum ad tradita per D. Fr. Eusebium Leon, & Gomez, *Theſaurus Marianus, assumpto 3. Sermon. Expositio excerpta ex Sac. Scriptura*, §. 2. n. 291. SODALITATES. De Confraternitatibus B. M. V. à Columna. Prima est erecta Cæsaraugustæ: Annus ignoratur, sed tempore quo fuit à Mauris possessa, apertè dicitur à D. Hieronymo de Blanca, pag. 11. *Quotempore* (ait) *societatem vulgò Confratriam B. Mariæ Maioris; & de Pilari per insignem antiquissimamque, etiam in antiquissimis monumentis vocatam, initam fuisse, maiorum memoria traditum est, veteribusque apparet ex scriptis.* Si tempore tam magnæ persecutionis hoc fecit Urbs Mariana Cæsaraugustana, quid non faciet tempore pacis?

318. Secundo loco illa quæ fuit erecta Hispali, anno 1317. ab Aragonensibus apud, *Annales Ecclesiasticos, y Seculares de la Ciudad de Sevilla, lib. 5. Era 1353. anno 1317. p. 177. col. 1.* cum Advocatione *Domina nostra à Columna Cæsaraugustæ.* Tertio loco Sodalitas erecta in Navarræ Regno in Pampilonensi Urbe, in Ecclesia Ordinis Eremitarum S. Augustini. Et in Villa de Falces, eiusdem Regni extat altera erecta, hac, inter alias, conditione, vt nemo, quisquis sit, in Sodalitio admitatur, nisi prius Sacratissimam Deiparam à Columna Cæsaraugustæ visitaverit. De Ordine Regio sub Tit. B. M. V. à Columna à Domina Regina Blanca erecto cum Insigni (vulgo *divisa*) Spira Cærulea cum Pilari aureo, & celatura auri pigmentaria alba, Franciscus Aleſon, *tom. 4. part. 2. lib. 7. cap. 13. à pag. 499. vsq. in finem,* vbi ad litteram Constitutiones, ac Statuta huiusce Ordinis refert. Edit. Pampilonæ 1709. Ferè innumeras Sodalitates iam in Aragonia, Hispania, & America ignoro, ob id supersedeo: Sed non silebo Soda-

litate erectam in hac Matritensi Curia ( in Ecclesia Regij Hospitalis Aragonum ) cum Titulo *Servorum Congregantium Domine nostræ à Columna*, cum permisso Pijssimi Domini nostri Regis Philippi V. Sodalitatis præcipui ( vna cum D. Regina, & Principis ac Proles Regiæ ) vt eiusdem Congregationis, & Hospitalis supra dicti Patronus, & cum eiusdem permisu 28. Constitutiones, ad maiorem stabilitatem Sodalitatis factæ fuere, ac approbatæ ab Emin. Dom. D. Carolo à Borgia, Cardin. Presbyt. sub Tit. S. Prudentianæ, Patriarcha Indiar. Archiepisc. de Trapezunda, Capellano, ac Elemosynario Maiori Regiæ Maiestatis, à Consilijs, Iudice Ecclesiastico Ordinario suæ Regalis Capellæ, Domus, & Curiæ, nec non omnium Domorum, etiam Ruralium, ac demum Regalis Hospitalis Domini nostræ Montis Serrati appellati ( de Aragon ) huiuscæ Curie, & in lucem Editæ eadem in Curia Matritensi 18. Martij 1728.

319 Sigillum Provinciæ Regni Aragonum Fratrum Capuccinorum est B. M. V. Sancto Apostolo Jacobo, eiusque Discipulis ad Ripam Iberij Cæsaraugustæ Apparitio. Conventus plures in Aragonia sub hoc Titulo erecti *Domine nostræ à Columna*: iam in Villa de *Caspe* Diocesis Cæsaraugustanæ Conventus Capuccinorum: iam Ord. B.M.V. de Mercede Redemptio Captiv. Conventus in Diocesi Jacensi. In Matritensi Curia extat Ecclesia B.M.V. à Columna sub cura Patrum Scholarum Piarum, cuius Fundator ( P. Josephus Calasanz in Sæculo ) etiam Aragonius in Oppido *Peralta de la Sal* natus. Et demum plurimos quos ignoro. Altaria Capellas, & Aras sub hac invocatione quis numerare poterit? Sed prius erat necessarium facere peregrinationes per totum Orbem, quia in omnibus suis partibus Regnis, ac Provincijs erecta esse.



D. Joann. Salazar, *Apologia pro Adven. & Prædicatio S. Jac. in Hispania, cap. 4.* testatur, se vidisse iam in lapidibus iam in ligno plurimas Imágenes B. M. V. à Columna, & in eis sculptam nostram Marianam Historiam: *Entre las demás Figuras, (ait) y Pinturas, que de Christo, y de la Virgen, de tiempo inmemorial, ay en España, se halla esculpida la Historia de N. Señora del Pilar, puesta la Virgen sobre la Columna, con una gran multitud de Angeles, que la cercan como Nube, y luego abaxo està esculpido el Glorioso Apostol Santiago postrado de rodillas, en el habito, y trage en que comunmente lo pintan. Y esta Historia afsi dispuesta, y esculpida de relevo, à veces se halla en piedras comunes, y otras en Marmol, y otras en Madera. Y era tan comun, y ordinaria en todas las Iglesias de España, Hermitas, y Lugares pios, y de devocion, antes de la general debastacion de los Arabes, quanto se echà de ver en la ruina de los Templos, que los Arabes destruyeron; entre las quales, no sin particular providencia del Cielo, se conservan piedras enteras, donde estaba esculpida esta Historia, teniendo particular cuidado los Fieles, que las hallaban entre las ruinas, de sacarlas, limpiarlas, y repararlas, poniendolas en los Templos, que despues en la Restauracion de España se edificaron en los Arcos de las paredes de dentro, ò fuera, en las Portadas, ò en los Campanarios, y Torres de las Iglesias, adonde mejor quadraban. Y si algunas de estas piedras se hallan quebradas, las juntaban, y acomodaban; de manera, que las unas, y las otras se han podido conservar, y duran oy dia en las Iglesias antiguas, y en algunas que han sido renovadas despues acá. Es, pues, cosa certissima, que de estas piedras, pinturas, y relevos de la Historia, y Fundacion de N. Señora del Pilar de Zaragoza, ay muchas en España antiquissimas, que son como unas Historias, que nuestros passados nos dexaron para memoria perpetua de este hecho. Y yo he visto una muy grande parte de ellas, y*

*Ann* algunas que han durado en Iglesias, que lo eran antes de la general debastacion, y se conservaron, por estar en Montañas, y lugares asperos, y remotos, donde el furor de los Arabes no pudo llegar. Abbas Briz Martinez, *Historia de S. Juan de la Peña*, lib. 1. cap. 18. Meminit antiquissimæ Imaginis cuiusdam B.M.V. à Columna, quæ suo tempore in suo Regali Monasterio adhuc servabatur. Inter Arabes, qui Hispalim subiugarant, S. Rex Ferdinandus per medium illorum ibat, sed à Mauris invisus, ad visitandam Imaginem B. M. V. à Columna, quæ quidem extabat in angulo exteriori graduum in introitu vici (vulgo Calle de Genova) ac Maris, vt P. Anton. Dueña in lib. *SS. Hispalensium*, fol. 631. Edit. Ibid. ann. 1637. animadvertit. In Ecclesia S. Petri in Urbe Roma extat Capella, de la Madona de la Colona, nuncupata, ait Erze de Advent. *S. Jar. in Hispan.* p. 2. tract. 4. cap. 1. n. 6. qui quidem refert quod Exc. D. Joann. Chumazero & Carrillo, Ambasiator Extraordinarius Urbis, non improbabiler in quadam oratione, coniecturavit fuisse tam antiquam, vt à tempore quo S. Episcopus Tayo ad fuit Romæ, fuisse erectam. Confraternitates, Aræ, sacella sub B.M.V. à Columna erecta, faciunt argumentum pro nostra Traditione. Quod si falsum esset, superstitio fuisset introducta, & species Idololatriæ, & quænam facies fidei exposita Indibrio Paganis? Et vbi esset Dei Providentia? Et vbi promissio de Spiritu Sancto edocturo omnem veritatem? Et quo modo dixisset Dominus: *Venit hora*, (Joann. 16.) *& nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu, & veritate?*

Ad Num. 23. 24. 25. & 26. *Angelorum  
Chori letantes edunt, dulces sonos Sacros  
Hymnos.*

320

**E**X Historia antiqua B. M. V. à Columna, & pluribus Scriptoribus, iam Exteris, iam Hispanis comprobatur. *NOTA de Historia antiqua Pilarenfi, quæ extat in fine exemplaris Moralium S. Gregorij in Archivio Sanctæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ: In Urbe Roma fuit producta, præcipuo loco, vt constat ex Scriptura ibidem edita, anno 1723. in folio, vt habens quingentos annos antiquitatis, cum qua concordant D. Joan. Franciscus Escuder, Relacion Historica de las Fiestas dispuestas por la Ciudad de Zaragoza, §. 2. & P. Gillelmus Cupero, in Acta Iulij, tom. 6. die 25. Iulij, in Festo S. Jac. Maior. in Appendice, n. 559. licet ad primum sæculum expectet. Ven. Serva Dei Maria à Iesu de Agreda, Mistica Civitas Dei, part. 3. lib. 7. cap. 15. n. 350. in Illum. Scriptoris, nec non Historiæ antiquæ de Pilari confirmationem, ait vnos cantaban la Ave Maria, &c. alternando à Coros. Et Sacra Rituum Congregatio mandavit, vt absque novo examine librorum, Mistice Civitatis Dei, causa Beatificationis, & Canonizationis dictæ servæ Dei prosequatur, ijdemque libri retineri, & legi possint. Die 21. Martij 1729. Historia Pilarenfis antiqua ait: Convocatus igitur Militiæ Coelestis Angelorum, Officium Matutinale Virginis, cum Versu Benedicamus Domino, composuerunt, &c. Et tacitæ obiectiōni Criticorum perdoctus Cæsaraugustanus, Fr. Didacus Gracia, Augustinianus, nostræ Universis Soc. Theol. Doc. à minore Philosophiæ Cathedra, per gradus ad Sac. Theol. Primariam Professor, Sancti Offi-*

cij Qualificator, antea Conventus S. Augustini Prior, Regni Aragonum Definitor, ac Provinciæ eiusdem Visitator, in lib. *Narracion Historica de N. Señora del Portillo*, cap. 1. pag. 8. Edit. Cæsaraugust. 1706. in 4. fatisfecit per illa verba: *Debiendose despreciar el reparo de los Criticos, que no compuesto aun esse Oficio, ni el de la Iglesia, juzga delirios convencidos estas piedades: como fiel Libro de la Divina Presciencia, en que dexa leer Dios à los Angeles, lo que le parece necessario, buviera de esperar tiempos, ni estuviera sujeto à nuestra tarda comprehension, pudiendose leer en el toda la Eternidad, los Canticos, y successos de todos los siglos; como (sin nota de temeridad dice la iluminada Madre Maria de Jesus de Agreda, dict part. 3. cap. 12. num. 611.) se le revelaron à Maria Santissima todas las Festividades, que avia de celebrar la Iglesia en los venideros siglos, con todo su Rito, y Canticos, que practicaba en sus dias esta Divina Señora.*

321 Præterea: aut enim est precisè necessarium, quod primo ab hominibus edatur in hoc Mundo illud omne, quod Angeli canunt, nec ne? Si primum: Est absurdo, ne aliud dicam, proximum: Nam Antiphona *Salve Regina*, fuit ab Angelis decantata, & à D. Bernardo audita (ait Joan. Eremita, in *eiusdem S. Bernardi Vita*, lib. 2. n. 7.) ex integro usque in finem: Ad quod aludit S. Bernard. *Serm. 1. in Salve Regina*, ibi: *A summis labijs Canticum istud effussum venit.* Et cum de hoc certiozem fecisset Romanum Pontificem Eugen. III. ipse, vt in tota Ecclesia diceretur, decrevit. Et supra laudatus Gratia *Ibidem*; ita prosequitur: *Y en no menos autorizadas noticias he leida, cantaron los Angeles en el Cielo el Te Deum Laudamus, en vna Solemnidad del Verbo Encarnado, quatrocientos años antes que lo comprehieran en Milàn su Arzobispo San Ambrosio, y mi Padre San Agustin en su celebrado Bautismo.* Si secundum, habemus intentum; nam aliquid quod in Cœlo canitur, tem-

tempore oportuno in Ecclesia Militanti fulcimen  
habet: *Et*

*Hoc Petri Sedes caput, & decus Urbis, & Orbis,  
Indicat, & mandat per pia templa dici.*

Ut potè, quia omnia in ordine ad Officium Divinum  
cum assistentia Spiritus Sancti in Ecclesia Dei fiunt,  
ait laudata Ven. Maria à Jesu, *ubi supr. n. 612.* vt de-  
pendentiam Militantis Ecclesiæ, ab Ecclesia Trium-  
phanti facile agnoscamus. Consule Prosper Fagnan. *in*  
*cap. Significasti, n. 38. de Elect.* Ven. Arbiol, *Hispania*  
*Fœlix, &c. Par. 2. reflex. 5.*

322 *Sacros Hymnos.* Henricus Piffart, *Director,*  
*Canonicum, sive Rubric. Breviarij Rom. tit. 38. de Offic.*  
*Parvo B. M. V. & alijs, num. 2.* Ait Hymnos sed cantus,  
Laudes Dei continentes, aut carmina quæcumque in  
honorem Dei facta, canendi in Ecclesia Dei, non re-  
cens, sed Apostolicum videtur fuisse inventum. A B.  
Hierotheo fuisse compositos, & Corpus Sacratissimæ  
Virginis Hymnis fuisse delatum, docet Nicephor. *lib.*  
*2. cap. 22.* Et in Concil. Antiocheno, ante anno 1300.  
damnatus fuit Paulus Samofetanus, quia Psalmos, &  
Hymnos, quos Christiani illius temporis in honorem  
Christi decantabant, vt recentioris memoriæ compo-  
sitos reiecerat, vt constat ex Epistola Episcoporum, qui  
huic Concilio interfuerunt, apud Eusebium, *lib. 7. c. 24.*

### Ad Num. 27. *Domus aurea.*

323 **D** *Domus aurea.* Consulendi Mastelloni,  
*supra citatus lib. 4. lectio 3.* Micho-  
viens. *sup. discours. 347.* Petra Sancta.  
*Ibid. fol. 185.* & P. D. Joann. Bapt. Iustiniani, *supr. dict.*  
*tom. 2. lect. 23.* Cur dicitur *Domus aurea* Virgo Maria?  
Resolvit R. P. M. Fr. Emmanuel Villarroel, Pincianus  
Monachus Benedictinus. Laurenfanensis Congregatio-  
nis



nis Vallis-Oletanæ , Concionator Generalis , Sacr. Theol. Doct. Sacrar. litterarum Interpres, in *Sacras Tautologias, tom. 3. Tautolog. 2. Didascal. 4. n. 12. Domus aurea est Maria, cuius gratia fulva tota speciositate auxilij, ad celeri protectione. Oculos nostros habet in manu, ut elegantiam gratia probet effectu: igitur extendit manum auxiliatricem, antequam videat hominem lachrymantem. Cum hoc doctissimo, & eruditissimo Scriptore Ven. P. Eusebius Nieremberg, tom. 2. Operum Spirituum; tit. De la aficion, y amor de Maria, cap. 2. fol. 123. Concordat dum ait: „ Porque ella es tan Madre de „ los hombres, que aun sin acordarnos nosotros de „ ella, su amor no se olvida de nuestras necesidades, „ estandonos recabando de su Hijo millones de mer- „ cedes, que no entendemos, ni sabemos: Porque es „ tanto lo que ama Dios a Maria, y lo que gusta que „ la amemos, y sirvamos, que ha determinado de no „ hazer, ni conceder gracia, que no sea por su medio. Ubi plura prosequitur. Ob id dixit S. Bernard. in Vigil. Natio. Domin. Ser. 3. in fine. Nihil nos Deus habere voluit, quod per Mariæ manus non transferit. Ob id, etiam, in Concilio Basiliensi, apud Alapide, in Prov. cap. 8. v. 35. dicitur: „ Ipsa (id est Maria) non solum supplicantes „ exaudiet, sed sicut ex sua clementia consuevit, etiam „ supplicare volentium preces præveniet.*

Ad Num. 28. 29. & 30. Tu feres opem

Lusitaniæ vero cultu.

ET rectissimè: Primo, quia pars est Hispaniæ, ut ait Frat. August. Lubin, Augustinianus, Regis Christianissimi Galliarum Geographus post Libros Bibliorum, in Tabula Sacra Geographica, tom. 2. pag. 19. col. 2. Edit.

Edit. Antwerp. 1715. in 4. ibi: *Hispania Regio Europa Occidentalior, quae ab Ibero flumine Iberia, ac etiam à Graecis Hesperia, ab Ortus, & Meridie Mari, & Gaditano fretto terminata; ab Occasu Oceano Atlantico, à Septentrione Cantabrico Oceano, Pyreneis Montibus à Gallia semota est. Olim in Ulteriolem, & Citeriolem distincta à Romanis in Beticam Tarraconensem, & Lusitaniam. Tandem in plura Regna diuissa est, quae Hispania etiam dicta sunt: hodie vernaculo Sermone España.* Guillelmus Postellus, *de Universitate Cosmographica Compendium*, pag. 176. Edit. Lugd. Battabor 1635 in 12. *Hæc (ait, id est Hispania) treis in partes à Ptolomao dividitur in Baticam, Lusitaniam, & Tarraconensem.* Confule dicta *sup. n. 204. & 270. & seqq.* Et suum Patrocinium Hispanis promissit, Ven. Maria à Jesu de Agreda, *ubi supr. n. 348.* Et Frat. Ant. de S. Maria, Carmelita nudipedus: *Patrocinio de N. Señora en España, cap. 16. pag. 160. ibi: Y para mas certeza, de que estima Dios esta Monarquia, como à primogenita de la devocion de su Madre, ha embiado à su Sagrado Apustol Santiago, que nos ayude en la guerra, para desempeño de la palabra que le diò su Santissima Madre en favor de España en Zaragoza. Quia vt P. Ribadeneira, die 25. Iulij. (omitens plurimos) ait: Esta parte de España me ha de ser muy devota, y tengo de ser muy reverenciada de los Españoles, à los quales desde oy admito debaxo de mi Patrocinio, y amparo.* Ergo rectissimè Ill. Lusitanus Scriptor: *Tu feres opem, &c. dicit.*

325 In signum promissionis Marianæ plures victorias Reges Hispaniarum in Festivitatibus B. M. V. consecuti fuere, vt in digitat idem Frat. Antonius, *ubi supr. cap. 12. 13. & 14.* vt potè adimplendo quod promissit. Et in signum gratitudinis D. Rex Pijssimus Philippus IV. Alex. Papæ VII. supplicavit vt in Hispania Festum Patrocinij Dominæ nostræ celebraretur, qui quidem, anno 2. Pontificatus, die 28. Iulij 1656.

*BREVE* suum expeditit, quod ad litteram laudatus; Frat. Anton. *ubi supr. cap. 16.* transcripsit: Ubi hac die omnibus confessis, Missæ Maiori assistentibus plenariam Indulgentiam, ac omnium peccatorum remissionem concessit. Sunt aliæ Festivitates Virginis particulares aliquorum Regnorum (ait P. Suarez, *de Religione, tom. 1. lib. 2. cap. 8. n. 15. & in 3. p. D. Thom. tom. 2. disp. 22. sectio 1. propè finem*) præsertim in Hispania Festum Expectationis, & Descensionis Virginis. Et SS. Deiparæ devotio (ait Hypollitus Marracius *Apostoli Mariani, cap. 5.*) tam alte à suo Præceptore Jacobo Maiore, in fixa est in cordibus Hispanorum, ut à Concilio Toletano X. instituta sit Expectationis, die 18. Decembr. celebratio.

326 Quo ad Lusitanæ Regnum, nemo ignorat, quod Dux Balthasar Granero, Nobilis Lusitanus (P. Simon Gama, *3. p. Concio B. M. V. à Columna, pag. 12.*) cum adesset Cæsaraugustæ, Imaginem B. M. V. à Columna primo illi Symulachro simillimam fabricare iussit, & cum ad Ulyxiponensem Urbem adduxisset, in Ædibus Regijs D. Joannis IV. Regis Lusitanæ, quasi in deposito reliquit: Quæ postea in Templo S. Vicentij Extramuros in Capella magna fuit collocata, de qua dicit idem eruditus Scriptor: *Que esta Imagen es la preferida à quantas se veneran en Lisboa.* Nec non erectam esse hoc Titulo, scilicet B. M. V. à Columna, Sodalitatem. Ac demum: *Que son muchos los millares de sus milagros.* Igitur sub hoc specioso Titulo B. M. V. à Columna; verè illum. Scriptor dixit: *Tu feres operi Lusitanæ vero cultu.* Critices, si vult invenire rationem cur ibi, quam alibi in Lusitania coli dicatur, rationem quærat (si potest) cur Deus potius in Bethel, in Silo, in Tabernaculo, in Oreb, in Templo coli dicatur. Nam quibus rationibus illis in locis potius coli voluit Deus, quam alibi, iisdem, & B. Matrem in vno potius coli voluit quam alibi.

327 Ex parte Dei fiat voluntas, eiusque electio libera pro ratione. Ex parte nostra ipsi Deo invitanti, ac allicienti debitum obsequium debita obediencia, attentio: *Ramum viridem* (ait S. August. in *Ioan. tract. 36.*) *ostendis ovi, & trabis illam: nuces puero demonstrantur, & trahitur.* Istis viliores, & stupidiores erimus? Attendite (dissertissimi Lusitani) ad petram à qua scissi estis. Sua Deus mirabilia in vno potius loco operatur, ostendit. Quo fine? Qua quæso intentione? An non vt eo nos trahat? Et vbicumque istis frequentius apparet, noane vt eo, ibi eum potius quam alio adoremus? Non rebus ac factis demonstrat, quod vel voce imperaret moneret? Non eò potius currimus, quo plura beneficia recipimus? *Ecclesia* (vulgari Sermone Lusitano) *S. Vicente de fora*, tunc temporis (& nunc) meritis Sacratissimæ suæ Matris plura quam alibi suæ præsentia signa edebat, demonstrabat: Quis non ad Ecclesiam S. Vincentij extra Urbem, quam alibi potius cucurrisset, ibi Deum in eius Matre coluisset? Nam quoties ad istius (& Sanctorum) Imagines confugium est, toties ad Deum confugium esse: quia quidquid sancti quidquid eorum Imagines virium, ac virtutum exhibent, id totum à Deo proficitur, & veniat. Ergo Illm. Scriptor de ipsa non in eleganter dixit: *Tu feres opem Lusitaniae vero cultu.* Nam ipsa est *Enhydros lapis, semper seruis, & cultoribus, sibi devotis à Domino impetrans, & stillans misericordiam.* *Enhydros enim lapis perpetuo dicitur emittere aquam.* Joann. Trithem. lib. 1. de *Mirac. B. Virg. in Urticeto, cap. 7.* *Est Agapis lapis, auro pretiosior, dilectionem Dei se venerantibus impetrans, morsum serpentis antiqui sanans, omnia fauciatæ mentis vulnera curans.* Idem ibid. cap. 6. Ac demum: *Amatrix omnium mortalium.* Idem ibid. & potius Lusitanorum. Cicada, quæ tacet, non callet: quæ callet, canit. O vtinam mea pectoris

cicada calleat, vt non det silentium illi, quæ est ab omnibus ardenti, puroque affectu extollenda. Vereor cum loquor de Maria, ne audiam illud, Psal. 49. 16. *Quare tu enarras iustitias meas.* Vereor etiam ne audiam, non quod dicit Isaias, cap. 6. v. 5. *Væ mihi quia tacui;* sed *væ mihi quia locutus sum ineleganter?* Verum enim vero de Mariæ misericordia plus sperare iuvat, quam de mea miseria desperare. *Vid. sup. n. 160.*

328 Maria enim est scala Jacob, *per quam ascendit præcatio, & descendit Dei miseratio,* ait S. August. *serm. 226. Potens est auxilium tuum, ò Deipara* (exclamat S. German. apud Fr. Isidor. à S. Ægidio, *Stella 9. Rad. 5. n. 801.*) *& non indiges alio intercessore apud Deum. Nimmium Cæli Augusta* (Thesaur. *Elogia Patriarchar. pag. 153. Francofurti 1684.*) *terras respiciens Regia semper munera optantibus donat, ignaris ingerit, ingratis obtrudit. Neminem relictura miserum nisi qui esse velit. Dubitas? Statuam do testem. Ante hanc nemo vacuus rogavit, ne Turca quidem. Et quod Maria suos cultores ditet ait Salomon, Prov. 8. v. 21. dum ait: In vijs iustitia ambulò, in medio semitarum iuditij UT DITEM DILIGENTES ME.* Hugo Card. hic, *diuitijs spiritualibus, quæ veri nominis diuitiæ sunt.* Joann. Blasco, & Sanchez in suo *Galateo Christiano.*

Seguro espere el consuelo,  
 Quien llegue à MARIA à orar,  
 Que por su santo PILAR  
 Se sube derecho al Cielo.

Ad Num. 31. *Os veritatis es.*

329 **O***s veritatis es.* Promissit Jacobo Hispaniæ protectionem, & vt *veritatis os* hæctenus adimplevit. *Est enim Maria, Os veracissimum.*  
 Mau-



Mauritius de Villaprobata in *Mariali Orat.* 5. *Os humane genti à Deo datum.* Jacobus Monach. in *Mariali Orat.* 2. *Magistra totius veritatis.* Gaurricus Abb. de *Assump. serm.* 4. *Ostium veritatis.* Abbas Rupert. *lib. 5. in Cant.* (& rectissimè utpotè Mater Dei, & de se ipso dixit (apud Joann. 14. v.6. *Ego sum via, VERITAS, & vita.*) *Est Evangelista Dei.* S. Ildephons. *serm. 2. de Assumpt.* *Exhibitio veritatis.* Petr. Blefens. *serm. 38. Oraculum verum ad quod confugere debemus.* Ern. Prac. in *Mariali*, cap. 114. *Æthymologia Veritatis à ver veris*, ap. Excellentif. Dom. Comitissam de Aranda, *Dialogos de la verdad*, quia in *vere* omnia perficiuntur. Maria est *Ver gratiæ per Annam ut spirituales hirundinem manifestatum.* S. Sabba in *Mensis Græcor.* 23. *Iulij.* *Ver est*, quia perficit dicta à Domino, ut dixit illi S. Elisabetha: *Beata quæ credidisti quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino.* Præterea: *Sapientia nihil aliud est quam veritas*, ait S. August. *de libero Arbitrio.* Hanc scientiam habuit Maria cuius sapientia in omnibus sese ostendit ipsius Dei. Ob id illud Epitheton: *Sedes sapientiæ*, in Littan. Lauretana. Vide S. Bernard. *serm. 52.* (iuxta Editionem Mavillonis cum Notis, Edit. Paris 1719.) *de Domo Divinæ Sapientiæ, id est Virginis Mariæ*, & P. Joann. Baptist. Poza, *Elucidarium Deiparæ, lib. 3. tract. 17. cap. 9. per tot.*

Ad Num. 32. *Eodem teste.*

330 **E**odem teste. Id est S. Apostolo Jacobo Zebedæi, ex laudatæ servæ Dei verbis *ubi supr. n. 352.* ibi: „ Hijo mio „ Jacobo (NOTA) este lugar ha señalado, y destinado el Altísimo, y todo poderoso Dios del Cielo, „ para que en la tierra le consagreis, y dediqueis en

„ èl vn Templo , y Casa de Oracion , donde debaxo  
 „ del titulo de mi Nombre , quiere que el fuyo sea en-  
 „ salzado , y engrandecido , y que los tesoros de su  
 „ Divina diestra se comuniquen , franqueando libe-  
 „ ralmente sus antiguas misericordias con todos los  
 „ Fieles , y que por mi intercession las alcancen , si las  
 „ pidieren con verdadera Fè , y piadosa devocion. Yo  
 „ en nombre del todo Poderoso les prometo grandes  
 „ favores , y bendiciones de dulzura , mi verdadera  
 „ proteccion , y amparo ; porque este ha de ser Tem-  
 „ plo , y Casa mia , mi propria herencia , y possession.  
 „ Y en testimonio de esta verdad , y promesa , quedará  
 „ aqui esta Columna , y colocada mi propia Imagen ,  
 „ que en este lugar donde edificareis mi Templo , per-  
 „ severará , y durará con la Santa Fè hasta la fin del  
 „ Mundo , &c.

### Ad Num. 33. *Os occludes.*

331

**O** *s occludes.* Per Marianos Cultores,  
 per integerrimos Sacros Iudices:  
 Mam iuxta vulgatam Regulam. *Qui*  
*per alium facit per se ipsum facere videtur.* Quod pro-  
 batur expressè iam ex verbis S. Elisabethæ, Sacratissi-  
 mæ Deiparæ Virgini Mariæ, Lucæ 1. v. 47. *Beata que*  
*credidisti quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi à*  
*Domino.* Quomodo dixit à Domino , si non fuerunt  
 dicta nisi ab Angelo Gabriele ? Cui respondetur faci-  
 li negotio , dicendo , quod , qui per alium facit , per se  
 ipsum facere videtur. Iam ex his quæ affert S. Math.  
 cap. 20. v. 21. vbi Mater filiorum Zebedæi : *Dic ut se-*  
*deant ( Christo Domino dixit ) bi duo filij mei , vnus ad*  
*dexteram tuam , & vnus ad sinistram in Regno tuo.* Quo-  
 modo si S. Marcus, cap. 10. v. 37. ait quod filij perse-  
ac-

accefferunt, & petierunt Christo Domino: *Da nobis, ut unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria?* Quia est regula iuris, lib. 6. Qui facit per alium idem est ac si faceret per se ipsum. Ergo rectissimè nostras Illmus. Scriptor dixit: *Os ocludes.* Nam ego vidi, non sine magna cordis mei lætitia, Edictum Supremæ Inquisitionis Hispaniæ ab Ecmo. D. D. Didaco Astorga & Cespedes, Archiepiscopo Tolitano, Hispaniarum Primati, & Inquisitore Generali, nunc Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Eminentissimo Cardinali, post prudentissimam, & fatis prolixam cum viris doctissimis hac in Curia morantibus consultationem, negativæ sententiæ nostræ Traditionis die 28. Augusti 1720. Editum ac publicatum ubi inter alia hæc habet: *Y MANDAMOS PONER, Y PONEMOS PERPETUO SILENCIO, PARA QUE NADIE PUEDA ESCRIVIR CONTRA DICHA TRADICION.* Hoc Edictum transcripserunt Fr. Dominicus Hernæz, Ord. Minor. *Chronica de la Provincia de Burgos, part. 1. lib. 5. cap. 6.* Fr. Ludov. Urquiola, eiusd. Ord. Min. *Sagrada Columna de España, lib. 2. cap. 4.* D. Joannes Franciscus Escuder, toties citatus, §. 2. P. Joann. à Villafañe, *Compendio Historico de las Imagenes de N. S. en los mas celebres Santuarios de España, Tit. N. S. del Pilar.* Et etiam, licet summo digito, attigerunt nostras Illmus. Scriptor in Oratione Academico-Mariana, *supr. n. 22.* Doct. Nicasius Sevillano, *Defensa Christiana, Politica, y verdadera de la Primacia de las Esprñas, que goza la Santa Iglesia de Toledo, part. 1. cap. ult. n. fin.* D. Antonius Riboo & Seyxas, *La Barca mas prodigiosa, &c. Tit. Advertencia del Autor post fol. 190.* Edit. Compostellæ 1728. vt nemo ignorantiam allegare possit.

## Ad Num. 34. Critico errori.

332 **C**ritico errori. Suppono illam S. Augustini sententiam apud Gracian. in *Can. Quamvis* 11. *Distinct.* 38. Non qui aliquid nescit, sed qui putat se scire quod nescit, errare probatur. Suppono 2. quod error probatur, probando rem aliter se habere. Cum enim conformitas non est rei, ad id quod asseritur, error est. Idem Gracianus adstruit in *Summa Cau.* 29. q. 1. §. *Sed obijci-tur* 3. *Vers. His itaque respondetur.* Hisce suppositis, nemini dubium est Criticum errorem esse non sentire cum omnibus, vt videre est in *part. 3. per totam.* Novitatibus, vt sapientes videantur, studere, cum scire debuerant illud S. Chrysoft. *Hom. 8. ad Timotheum* 2. *Acroama: Qui novitatibus student, nunquam errori finem imponunt; singularitates defensare, & tam contumaciter, ac cervicosè, vt nec Maioribus, nec Historiographis, ac Scriptoribus, non solum Hispaniarum, sed totius Orbis literarij Ecclesiæ Romanæ subiectis, acquiescant, nec approbationibus Romanorum Pontificum subiectentur. Horum Bullas parvi pendentes narrativæ dolofo prætextu, & cætera omnia pro nihilo habentes. Ob id iustè, & iustissimè fuit impositum silentium, quia expressè error crassus in eius Critica animadvertitur; quia iuxta Innocentium Pap. in *Can. Error* 3. *Distinct.* 83. *Error, cui non resistitur, approbatur: & veritas, cum minime defensatur, opprimitur. Immo consentire videtur erranti, dicitur in *Can. 5. Ead. Distinct.* 83. *qui ad rescanda, quæ corrigi debent, non occurrit.* S. Valer. in *Apologetico:***

*Ipsè iuvere nefas: ipse perhibetur amare,  
 Qui prohibere valet, nec prohibere volet.*

Præterea errantem ad erroris sui semita revocare , inter præcipua charitatis opera numeratur , ait Clemens III. *in cap. Inter opera 20. de Sponsalib. & Matrimon.* Alcuinus apud Gracian. *in Can. Tria sunt genera Elemosynarum 12. dist. 45. ibi : Tertia delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis.* Huc veniunt frequentes Authoritates: *Merito causa nos respicit, si silentio foveamus errorem, desinat itaque novitas incessere vetustatem.* Celestinus I. Pont. Max. *ad Episcop. Gallie. P. Nicol. Serarius, in Minerbali, lib. 1. cap. 7. In Republica censentur novatores, qui contra maiorum scita, & disciplinam rebus student novis. Can. In his Distict. 11. In his rebus in quibus nihil certi statuit divina Scriptura mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt.* Et demum Sixtus Papa, *Epist. ad Episcop. Antiochenum: Nihil ultraliceat novitati, quia nihil addi convenit vetustati. Perspicua maiorum fides, & credulitas nulla cani permixtione turbetur.*

Ad Num. 35. *Lites filete.*

333

**P**Rimo, quia nos habemus tot Scriptores fere omnium Nationum (vt videre est *part. 3.*) doctrina, & gravitate præstantes in vnanimem nostræ piæ Traditionis sententiam; ita vt mutuare valeam quod, licet ad aliud intentum, sed in simili dixit Imper. Theodos. *in Chalcedonensi Concilio, Aetione 3. Non satis pius est (ait) qui post tot Sacerdotum sententiam aliquid opinioni suæ tractandum reliquit, ac perspicuo die commentitium lumen inquirere: qui enim post veritatem repertam, aliquid ulterius discutit, mendacium quarit.* Sed proh dolor! Traditionum Reformatores, verius Deformatores vos apellabo, à quibus semper contra Traditiones responsio  
illa



illa à dura Casauboni cervice contra Baronium exco-  
gitata asseritur nempe: *A principio non erat sic.* Eia  
nunc, vt dicatis exposco, hæc vestra detruncata lita-  
nia erat à principio. Vestrum ergo telum ad omnia  
promendum paratum, quod *A principio non erat sic*, non  
est profecto vt vocitatis Achileum, dum crebro in iac-  
tantem inflectitur. Pro omnibus Criticis voluntarijs  
deplorare videtur Ovidius.

*Heu patior telis vulnera facta meis.*

334 Secundo, habemus geminatum Actum Cu-  
riarum in Comitijs Generalibus coram Domino Rege  
D. Carolo II. anno 1678. à toto Aragonum Regno.  
Sententias iam D. Iustitiæ Aragonum; iam Sacræ Ro-  
manæ Rottæ. Et horum sententia, & testimonium tan-  
to est gravius, quanto collectus animorum consensus  
fortior est quam dispersus, & Rottæ sententia transi-  
vit in rem iudicatam, & res iudicata pro veritate ha-  
betur. Vide *supr. n. 299.*

335 Tertio, habemus argumentum ex Missa pro-  
pria valde antiqua cuius initium ignoratur à Fr. Joan.  
Bapt. Lezana (vltra alios) *in Turri Davidica, cap. 7. à*  
*pag. 194. usque ad 196.* transcripta, quæ die 12. Octo-  
bris quotannis in dicta Sancta Ecclesia Columnatæ  
Deiparæ dicebatur. Et licet hæc ob S. Pij V. in ordine  
ad Breviarij Romani, Missalisque Reformationem, &  
expeditam die 9. Iulij anno 1568. Constitutionem,  
fuit relicta. Ex tunc fuit excerpta ab eadem Missa Ora-  
tio quæ quater quotidie dicitur (ad tradita *supra num.*  
*294.*) vbi nostra Traditio apertè exprimitur, ac eius-  
dem principium penitus ignoratur. SS. Pius V. *in dict.*  
*Constit. Quod à nobis, &c.* excipit: *quæ ab ipsa prima*  
*institutione à Sede Apostolica approbata (nota sequentia)*  
*vel consuetudine, quæ ducentos annos antecedit, &c.* Quæ  
verba expressam Apostolicam huiusce Orationis ap-  
probationem continere videntur, ad tradita per Exi-  
mium

